# Annales Mycologici

Editi in notitiam Scientiae Mycologicae Universalis

Vol. XII | No 6. | Dezember 1914

## Lichenes novos vel melius cognitos

exposuit A. Hue.

I.

Genus **Nylanderiella** Hue; gen. nov. Thallus erectus aut decumbens et laciniatus; intus plenus symmetricusque; inferne rhizinarum ope in terram penetrans. Cortex totam laciniam circumdans ex hyphis intricatis constitutus. Gonidia cystococcoidea. Hyphae medullares superficiei thalli parallelae stricteque coalitae. Apothecia punctiformia, in thallo immersa ac ostiolo caerulescenti nigro notata; perithecium in supero dimidio fuscescens; paraphyses graciles; sporae octonae, hyalinae et uniseptatae.

Adscribendum est illud genus, unicam complectens speciem, ad tribum *Pyrenothamniaceas*, quam cl. Zahlbr., Ascolich., 1903, p. 61, apud Engl. und Prantl Natürl. Pflanzenfamil., pro unico genere *Pyrenothamnia* Tuck. et sola specie *P. Spraguei* Tuck. condidit. Ejus locus systematicus in mea Lichenum dispositione, in Seconde expédit. antarct. franç., Docum. scientif., ut anatomicae structurae descendens series quam in *Radiatis* formavi non rumpatur, sic ordinandus est: Classis II. *Radiatae*; familia IV. *Angiocarpeae*; tribus V. *Pyrenothamniaceae*; deinde familia V. *Gymnocarpeae*, etc. A genere *Pyrenothamnia* Tuck. thallo angustius diviso, perithecio dimidiato colorato et sporis non murali-divisis praesertim recedit.

1. **Nylanderiella medioxima** Hue; *Siphula medioxima* Nyl. Lich. Nov. Zeland., 1888, p. 15, et apud Hue, Lich. exotic., n. 219, p. 36, in Nouv. Arch. Muséum, 3e sér., t. II, 1890, secundum specimen archetypum herbarii Nylander a celeb. Elfving, in Universitate Helsingforsiensi Botanicae Professore benevole mecum communicatum.

Thallus albidus, basim versus obscure caerulescenti hic et illic tinctus, saltem pro parte erectus, compresso laciniatus, hydrate kalico extrinsecus flavus ac in lamina tenui sub microscopio posita liquorem intense flavum emittens atque caespitem parvum efficiens; laciniae planae, 12—15 mill. longae, 2—3 mill. latae, 0,2—0,4 mill. crassae, saepe multum dilatatae ac rarius in apice abrupte sphaerico auctae; in superficie aliquando laevigatae, saepius rugosae et etiam corrugatae; intus albidae atratisque corpusculis inspersae; subtus paulum rubentes; inferne rhizinis 6 mill. longis, teretibus ramosisque in terram penetrantibus munitae. Cortex totam laciniam vestiens,

corpusculis obscure flavidis repletus, triplice Dris Guéguen reagente, aeque ac gonidia, lateritius evadens ac 40—60 μ crassus, computata zona hyalina cellulas protoplasmate inopes continente; ejus hyphae, intricatae, 6—8 μ crassae, articulatae articulis brevibus et cylindricis, lumine 1,5—2 μ lato, ac meatus frequenter praebentes. Gonidia pallide viridia, cystococcoidea, 6—12 μ lata, rotunda, membrana tenui cincta, glomerulos sub cortice in facie tum antica, tum postica formantia, aliquoties in axim penetrantia, usque in laciniarum apice numerosissima. Axis ex hyphis superficiei perpendicularibus seu verticalibus, cylindrico articulatis, sicut in cortice et arcte coadunatis compositus. Apothecia apicem laciniarum versus nata, in thallo immersa, punctiformia, atro caerulea nudaque; intus globosa, incoloria ac 0,2—0,22 μ lata. Perithecium in dimidio infero hyalinum, 20—40 μ crassum, in supero atro caeruleum 40—50 μ ac circa ostiolum 60—80 μ metiens, ex hyphis angustis, cylindrico articulatis et arcte aggregatis constans. Periphyses bene evolutae, stratum 100 μ altum ac 40 μ crassum formantes; earum hyphae etiam cylindrico articulatae et stricte coadunatae. Paraphyses non numerosae, diffluentes, articulatae articulis 10—12 μ longis, lumine 1 μ lato, iodo non tinctae. Thecae 100 μ longae et 10 μ latae, in apice parum incrassatae ac in basi vix caudatae; sporae octonae, hyalinae, uniseptatae, distichae aut subdistichae, 18—20 μ longae ac 5—6 μ latae, loculis nunc aequalibus et apice rotundatis, nunc infero paulo breviore et apice attenuato.

In Nova Zelandia, prope urbem Greymouth a Dre Helms, supra terram, anno 1886 lecta.

2. **Ramalina ryssolea** Hue; *Dufourea ryssolea* Ach. Lichenogr. univ. (1810), p. 525 (spec. dubia) et Synops. method. Lich. (1814), p. 247 (spec. certa); *Parmelia ryssolea* Nyl. Synops. method. Lich. (1860), p. 397, ac apud Hue Lich. exot., p. 83, n. 726, in Nouv. Arch. Mus., 3e sér., t. II, 1890, atque Elenkin, Wanderflecht. der Steppen und Wüsten, p. 29 et tab. IV, in Bull. Jardin impér. botan. St.-Pétersbourg, t. I; *P. prolixa* subspec. *P. ryssolea* Elenk. Lichen. Fl. Rossiae, fascicul. I, p. 24, in Acta Horti petropolit., t. XIX, 1901; *P. ryssolea* (Ach.) Nyl., Elenk. Lich. Flor. Rossiae, fascicul. II, p. 97, in ead. Eglog., t. XXIV, 1904; Die „*Parmelia ryssolea*" der pannonisch. Flor. Zahlbr., p. 1—5, tab. I, fig. 4—6, in Ungarisch. botan. Blätter, 1903.

Thallus in Zahlbr. Lich. rarior. exsicc., n. 56, olivaceo vaccinus, subtus paulo pallidior, in sicco statu prostratus, in vegetativo autem frequenter erectus, caepitosus, nitidulus, solitis reagentibus immutatus, anguste laciniatus et rosulas 10—20 mill. latas, ambitu irregulares efformans; laciniae 1—2 mill. crassae, saepe compresso teretes, aliquando omnino compressae, raro et nisi in ultimis ramis teretes, ad aliorum ramorum insertionem saepe paulum dilatatae, e basi pluries dichotome aut subdichotome ramosae, ramis intricatis, in apice irregulatim furcatae aut cornutae obtusaeque; in superficie laeves sed frequenter scrobiculatae; intus albidae et symmetricae; in basi hausterii parvi ope substrato adhaerentes.

Cortex totam laciniam vestiens, flavidulus ac hydrate kalico magis flavens, fragilis et 20—40 μ crassus; ejus hyphae axi perpendiculares, indistinctae, decompositae reteque maculis mediocribus et imparibus, lumine 1,5—2 μ lato, efficientes atque strato amorpho 6—10 μ crasso, passim interrupto obtectae. Gonidia viridia, cystococcoidea, 7—16 μ lata, membrana satis tenui, stratum 20—60 μ crassum, in facie antica continuum, in postica vero passim interruptum sub cortice praebentia atque pauca solitaria inter corticis hyphas penetrantia; inter ea hyphae breviter articulatae. Hyphae medullares corpusculis griseis nubilatae, 4—8 μ crassae, verticales seu axi supposito parallelae, interdum obliquae, ramosae, sat laxe coadunatae articulataeque articulis cylindricis, lumine 1,5—2 μ lato. Semper in sterili statu lecta. Spermogonia a me non visa; monente illustr. Nylander, loc. citat., spermogonia spermatiaque ut in *Parmelia prolixa* Nyl., hoc est spermogonia ostiolo nigra ac intus incoloria; spermatia 6—7 μ longa.

Viget ad terram in locis desertis totius Rossiae (etiam peninsulae Tauricae), in Romania ac in Sibiria. Specimina supra descripta a. cl. Teodorescu in Romania, in campis aridis araneosis prope portum Constantza lecta fuerunt.

Le nom spécifique de cette espèce devrait être *rhyssalea*, de l'adjectif ῥυσσαλεός, ridé. D'après sa structure radiée, elle prend place près du *Ramalina inanis* Mont. Troisièm. Cent. Plant. cellul. exot., nouv., décade 7, Lich. Gaudich., p. 36, n. 72, in Annal. sc. nat., sér. 2, t. XIX, 1842, Botan. et in Voyag. «Bonite», Botan. t. I, 1844—1846, p. 154, tab. CXLVI, fig. 1, atque Hue Lich. extra-europ., n. 166, in Nouv. Arch. Mus., 4e sér., t. I, 1899, p. 81. Ces deux espèces ont une certaine ressemblance avec celles du genre *Dufourea*, constatée du reste par Acharius pour le *Ramalina ryssolea*, par Nylander et Mr Elenkin pour le *R. inanis*, mais elles en diffèrent par quelques caractères anatomiques. En effet dans le *Dufourea madreporiformis* Ach., Hue Lich. extra-europ., n. 142, in ead. Eglog., p. 81, le cortex est formé par des hyphes fastigiés, tantôt simples, parfois ramifiés et présentant une cavité qui peut atteindre 4—6 μ en largeur; de plus l'axe, c'est à dire l'espace compris entre la couche gonidiale radiée est rempli par des hyphes lâchement entrelacés. Il était donc absolument nécessaire d'exclure le *Ramalina ryssolea* du genre *Parmelia* dont la structure est dorsiventrale et par conséquent, à cause de sa structure radiée, il ne peut avoir aucune affinité ni avec le *Parmelia prolixa* Nyl., ni avec *l'Imbricaria Pokornii* Koerb., apud Pokorny in Verhandl. zool.-botan. Gesellsch. Wien, t. X (1860) p. 285. Nylander dit, loc. citat., que l'on rencontre parfois des vestiges de rhizines sous le thalle de ce Lichen et Mr le Dr. Zahlbruckner les montre, loc. citat., dans sa figure n. 5. Ce détail n'a aucune importance et il ne change absolument rien au point de vue de la classification, la structure restant la même. Du reste Mr. Th. Fries (Lichenogr. scand., p. 126) signale quelques petites rhizines sous le *Cornicularia lanata* Ach.

3. **Cetraria aculeata** f. **acanthella** Nyl. Lich. Scand., p. 80, in Notis. Sallsk. Faun. et Flor. fenn. Forhandl., Helsingf., t. V, 1861; *C. aculeata* var. *acanthella* Nyl. Synops. method. Lich., 1860, p. 300, et apud Hue Lich. exot., n. 521, p. 65, in Nouv. Arch. Mus., 3e sér., t. II, 1890; *Cornicularia spadicea* γ. *C. acanthella* Ach. Lichenogr. univ., 1810, p. 612; *C. aculeata* γ. *C. acanthella* Ach. Synops. method. Lich., 1812, p. 300.

Thallus spadiceus, passim nigrescens, erectus, caespitosus, compressus, rarius teres, nitidus ac solitis reagentibus immutatus; caules primarii 25—35 mill. alti, 0,6—2 vel etiam 3 mill. crassi, plus minusve ramosi ramis divaricatis intricatisque, ultimis teretibus et in apice brevissime ramulosis atque in ramorum initio dilatati; in superficie passim breviter canaliculati, saepius scrobiculati ac spinulis conicis, simplicibus, aut interdum ramulosis, vulgo copiosissimis horrescentes; intus albidi, symmetrici et plus minusve cavi. Cortex albidus, extrinsecus spadiceus seu nigrescens, nudus ac 40 μ latus; ejus hyphae superficiei perpendiculares, decompositae reteque maculis parvis et inaequalibus, lumine 1—1,75 μ lato, atque in apice clavatae clava 5—7 μ crassa. Hyphae medullares nudae 6 μ crassae, axi parallelae, articulatae articulis longis, lumine 1 μ lato, ramosae, stricte coalitae stratumque 60—100 μ crassum formantes. Gonidia viridia, protococcoidea, 10—16 μ lata, stratum parum interruptum sub cortice praebentia. Apothecia 2—3 mill. lata, vulgo terminalia, passim lateralia, frequentia, excipulo thallo concolore, scrobiculato, laevi aut demum spinuloso, margine dentata, crebre spinulosa ac non prominente atque disco primum fuscescente, in fine fusconigro, plano aut paulum convexo ac nitido exornata. Excipuli cortex 35—40 μ crassus et thalli cortici similis; sub eo hyphae medullares laxissime implexae gonidiaque in summum marginem non ascendentia. Perithecium fuscescens, iodo non tinctum, in margine 20 ac inferne 30—40 μ crassum; ejus hyphae fastigiatae, multum ramosae ac breviter articulatae, lumine 1,5—2 μ lato. Inter hoc integumentum paraphysesque aliud medullare stratum, 30 μ crassum ex hyphis intricatis et laxissime implexis constans. Paraphyses hyalinae, sursum nigro vel fusco clavatae clava 5—6 μ crassa, 40—50 μ altae, 4 μ crassae, rectae, arcte cohaerentes, articulatae articulis 6—8 μ longis, septis crassis ac lumine 2 μ lato, frequenter ramosae passimque connexae atque iodo caerulescentes. Sporae non visae; apud Nyl. Synop., p. 300, octonae, hyalinae, simplices, 6—9 μ longae et 3,5—4 μ latae.

Cette forme ne diffère de l'espèce que par son aspect extérieur, car les caractères anatomiques sont absolument semblables dans l'une et dans l'autre. Comme dans mes Lich. extra-europ., n. 169, in Nouv. Arch. Mus., 4e sér., t. I, 1899, p. 83, je n'ai pas décrit l'apothécie du *Cetraria acanthella*, j'ai examiné l'exsiccat. Schaer. n. 254 et un échantillon récolté en Suède par M. Th. Fries et j'ai retrouvé, soit dans le thalle, soit dans l'apothécie, les notes anatomiques que je viens de décrire sur des échantillons récoltés par Richard «in eriticis aridis» près de Saint-Léger, Seine et Marne, arrondissement de Coulomniers.

Dans le *Cetraria islandica* Ach., les hyphes du cortex ne sont pas extérieurement terminés en massue, mais ça et là et principalement vers la base les articles du réseau s'élargissent et forment des cellules presque sphériques, larges de 4—6 μ; la cavité des autres ne mesure que 1,5—2 μ.

4. **Cetraria gracilenta** Wain., Lich., 1903, p. 13, tab. III, fig. 28, in Résult. voyage «S. Y. Belgica» 1897—1903, Botan., et Darbish., Lich. Swed. antarct. Expedit., 1912, p. 32 et 52, in Wissensch. Ergebn. schwed. Südpolar-Expedit., 1901—1903, t. IV; *C. aculeata* var. *gracilenta* Krempelh., Exot. Flecht. aus Herb. botan. Hofkabin. Wien, p. 13, in Verhandl. k. k. zoolog.-botan. Gesellsch. Wien, 1868, p. 315, ac Müll. Argov. Lich. Spegazzin. in Stat. isl. Fuegia etc., lecti, p. 38, in Nuov. Giorn. botan. italic., t. XXI, 1889; *C. epiphorella* Nyl. Lich. Fueg. et Patagon., 1888, p. 20, Lich. Nov. Zeland., 1888, p. 144, ac apud Hue Lich. exot., n. 522, p. 65, in Nouv. Arch. Mus., 3e sér., t. II, 1890, atque Cromb. Lich. collect. Prof. Cunningham Falkl. isl., Fuegia etc., in Linn. Soc. Journ., Botan., t. XV, 1877, p. 227, secundum Lechler Plant. magellan., n. 1001, in herb. meo, exemplar archetypum ad cortices arborum prope Sandy-Point lectum.

Thallus in hoc exsiccato spadiceus, passim nigricans, nitidus fruticuloso erectus aut decumbens, usque 40 mill. altus et reagentibus solitis immutatus; caules primarii 0,5—1 mill. crassi, teretes aut compressi, hinc inde subcanaliculati, basim versus parce ramosi ramis extensis ac iterum iterumque ramosulis, apicem versus contra frequenter ramosi ramis teretibus, gracilibus, implexis ac superne filiformibus; raro ac praesertim sursum spinulosi atque ubique fasciculis ramulorum brevium et pluries divisorum, saepe copiosis vestiti; intus symmetrici, albidi et in centro plus minusve vacui. Cortex plerumque albidus, nudus ac extrinsecus spadiceus, interdum totus nigricans et 20—40 μ crassus; ejus hyphae indistinctae, decompositae reteque maculis mediocribus, imparibus ac passim incompletis, lumine 1 μ lato, formantes atque zona hyalina, amorpha et 8—10 μ crassa tectae; in imis caulibus maculae retis extrinsecus incrassatae et cellularum speciem praebentes atque earum cavitas aliquoties obliterata. Gonidia pallide viridia, cystococcoidea, 8—16 μ lata, membrana parum crassa stratum interruptum in axis loco efficientia. Hyphae medullares nudae, verticales seu axi parallelae, vulgo albidae, interdum et basim versus in zona 40—60 μ lata aut ex toto nigrae, 4—8 μ crassae, articulatae articulis sat brevibus, lumine 1—2 μ lato, atque stricte coalitae. Sterilis et in hoc statu posterius semper lecta.

Viget tantum in regionibus Magellanicis.

5. **Cetraria tristis** Schaer. Lich. helvet. Spicileg., pars I, sectio quarta et quinta, 1833, p. 258, El. Fries Lichenogr. europ. reformat. (1831) p. 34; *Lichen tristis* Web. Spicileg. Fl. goetting. (1778), p. 209, tab. V, fig. 1—3, Ach. Lichenogr. suecic. Prodrom. (1798), p. 212, et Sowerb. Engl. Botan. (1800), tab. 720; *Cornicularia tristis* Hoffm. Plant. lichinos., t. II (1794), p. 36, tab. XXIV, fig. 1, Ach. Method. Lich., p. 300, Lichenogr. univ., p. 610

et Synops. method. Lich. p. 299, Th. Fr. Gener. Heterolich. europ., Upsaliae, 1861, p. 49, Müll. Argov. Lichenolog. Beitr., n. 1272, in Flora 1888, Reinke, Abhandl. Flecht., IV, 1895, p. 196, fig. 114, in Jahrbüch. Wissensch. Botan., t. XXVIII, atque v. Dalla Torre und v. Sarnth. Flor. gefürst. Grafsch. Tirol, t. IV, Flecht. Tirol, 1902, p. 13; *Parmelia tristis* Nyl., Enum. génér. Lich., in Mém. Soc. scienc. nat. Cherbourg, t. V, 1857, p. 105, Prodr. Fl. Gall. et Alger., p. 58, in Act. Soc. Linn. Bordeaux, t. XXI, 1857, p. 304, ac apud Hue Lich. exot., p. 83, n. 729, in Nouv. Arch. Mus., 3e sér., t. II, 1890; *Platysma triste* Nyl. Synops. method. Lich. (1860), p. 307, tab. I, fig. 5, ac Lich. Scand., p. 81, in Notis. Sallsk. Faun. et Flor. Fenn. Förhandl., Helsingf., 1861; *Alectoria tristis* Nyl. Lich. Middendorff., apud Dr. v. Middendorff, Reise Äusserst. nord. und ost. Sibir., t. IV, Anhang, n. VI, p. LVI, in notula, et Circa Dufour. animadv., in Flora 1871, p. 299; *A.* (sectio Cornicularia) *tristis* Th. Fr. Lichenogr. scand. (1871), p. 28; *Parmelia fahlunensis* γ. *tristis* Schaer. Lich. helvet. Spicileg., pars II, sectio nona, 1840, p. 467, ac Enum. critic. Lich. europ., p. 48; *Cetraria* γ. *Cornicularia tristis* Stizenb. Beitr. Flechtensystem., in Bericht Thätigk. St. Gallisch. naturwissensch. Gesellsch., 1861.

Thallus vel ex toto piceus vel omnino aut tantum pro parte fuscus fuscescensve et tunc opacus, erectus seu decumbens prostratusve, tenax, rigens, in basi dilatatus, firmus ac saxo arcte adhaerens ac caespitose laciniatus, caespites 1,5—3 cent. latos efficiens atque reagentibus solitis immutatus; laciniae 7—10 mill. longae, 0,5—1 mill. latae, nunc teretes, nunc compressae, undique similiter corticatae, aliae furcatae, aliae et praesertim apicem versus distiche ramosae ramis plus minusve longis, ultimis brevibus et in apice attenuatis; intus albidae, symmetricae ac in centro passim tantum concavae. Cortex niger aut fuscus ac 15—20 μ crassus; ejus hyphae superficiei perpendiculares, indistinctae, decompositae reteque maculis parvis ac imparibus efficiens, lumine 1—2 μ lato, in laciniis vetustioribus unicam vel duas cellulas 4—7 μ latas extrinsecus formantes atque zona amorpha 6 μ lata plerumque tectae. Gonidia pallide viridia, protococcoidea, 8—14 μ lata, membrana incrassata, stratum vel continuum vel sub facie postica interruptum et in axi inter hyphas medullares praebentia; inter ea hyphae breviter articulatae. Hyphae medullares nudae, 4—7 μ crassae, axi supposito parallelae, ramosae ac arcte cohaerentes. Apothecia 1—3 mill. lata, picea, in apice recte aut oblique inserta, nunc ramo unico satis longo, nunc pluribus ramulis subtus appendiculata, excipulo thallo concolore, margine ab origine paulum prominente integroque, in fine discum aequante, crenulato vel etiam parvis radiis ornato atque disco primum plano ac laevi, demum convexo ac interdum rugoso semperque nudo instructa. Excipuli cortex inferne 40—50 et lateraliter 15—20 μ crassum; ejus hyphae decompositae ac in parte laterali cellulam, sicut in thallo, extrinsecus efformantes; dein medulla sat laxa ac simul gonidia inter ejus hyphas dispersa, praesertim

sub cortice ac sub perithecio vigentia et in summo margine non ascendentia. Perithecium incoloratum, iodo non tinctum, 60—80 μ crassum, lunatum, summum marginem attingens, ex hyphis verticalibus, fastigiatis, crebre ramosis et articulatis articulis sphaericis sphaeroideisve, lumine 2—3 μ lato, constitutum; inter hoc paraphysesque hypothecium incoloratum 40—80 μ crassum ex hyphis intricatis et laxe coalitis constans. Paraphyses hyalinae, sursum nigro clavatae clava 6—9 μ crassa et zona hyalina ac continua 10—12 μ crassa tectae, 70 μ altae, 3—4 μ crassae, rectae, arcte cohaerentes, articulatae articulis 8—9 μ longis, lumine 2—2,25 μ lato et sepimentis sat crassis, in medio vel fere in basi furcatae ac superne parce ramosae atque iodo leviter caeruleae, mox decoloratae, thecis persistenter tinctis. Thecae 42 μ altae, 18 μ latae, apicem versus valde incrassatae ac in basi breviter caudatae; sporae octonae, hyalinae, simplices, distichae, 7—10 μ longae ac 4—5 μ latae (apud Nyl. Synops. Lich. p. 307, 9—11 μ longae et 5—6 μ latae). Spermogonia frequentia praesertim apicem versus, in utroque latere compressarum laciniarum nata, nigra et intus incoloria; spermatia 5—6 μ longa, 1 μ lata et in medio constricta; sterigmata 25—30 μ longa, vix 2 μ lata, non ramosa ac in basi tantum articulata.

Species vigens in regionibus alpinis totius Europae et in Asia borea (Sibiria).

6. **Endocena informis** Cromb., Nyl. apud Cromb. Lich. collect. Prof. Cunningham in Falkland isl., Fuegia, Patagon. etc., in Linn. Societ. journ., Botan., t. XV, 1877, p. 226, Nyl. Lich. Fueg. et Patagon., p. 20, et apud Hue Lich. exotic., n. 225, p. 36, in Nouv. Arch. Muséum, 3e sér., t. II, 1890, secundum specimen archetypum herbarii Nylander ab illustr. Elfving, in Universitate Helsingforsiensi Botanicae Professore benigne mecum communicatum.

Thallus albido lacteus, passim et praesertim basim versus rosello tinctus, fragillimus, nitidulus ac fruticulosus; stipites suberecti et saepius decumbentes, circiter 10 mill. longi aut breviores, 1—1,5 mill. crassi, cylindracei, rarius cylindrici, ramosi ramis saepe difformibus, connexis et in superficie valde corrugatis atque in apice nunc attenuatis, nunc fere capitatis; intus albidi, cavi, hydrate kalico citrino flaventes ac sub microscopio liquorem flavum diffundentes; in basi paulum rufescentes ac hausterio Muscorum dissolutorum ramis adhaerentes. Cortex totum stipitem vestiens, aeque ac medulla gonidiaque materia atrata velatus, 40—70 ac etiam 100 μ crassus; ejus hyphae 6—8 μ crassae, intricatae, articulatae articulis frequenter multum dilatatis proindeque nunc cylindricis, nunc sphaeroideis, lumine 2—6 μ metiente, atque in facie antica tantum strato 20—40 μ crasso paucas hyphas normales ac saepius cellulas protoplasmate expertes continente tectae; cortex faciei posticae altero plerumque crassior. Gonidia pallide viridia, cystococcoidea, 6—18 μ crassa, membrana incrassata, parvos numerososque (numerosiores in facie antica) glomerulos vel etiam

stratum fere continuum sub cortice formantia, sed semper singula singulis hyphis saepe multum dilatatis, lumine 5—6 μ lato, circumdata. Hyphae medullares thalli superficiei perpendiculares, satis stricte coalitae atque etiam inaequaliter dilatatae, passim articulatae articulis cylindricis 16—20 μ longis, lumine 1—2 μ lato. In hauterio hyphae fuscescentes varie aggregatae. Sterilis.

Halt bay, W. coast of Patagonia, legit R. O. Cunningham, anno 1869.

Le triple réactif de Mr le Dr. Guéguen colorant en rouge la cavité des hyphes, met en lumière d'une façon trés evidente cette si fréquente et si grande dilatation des hyphes. Le thalle de cette espèce est tellement fragile qu'il s'est brisé presque entièrement et qu'on a été obligé de le réunir en petits paquets. Ce genre *Endocena* appartient à ma tribu des *Polycaulionaceae* dans mes Lichens de la Seconde expédition antarctique du Dr. Charcot, n. 21, et par conséquent se place près du genre *Polycauliona*.

7. **Anaptychia scorigena** Hue; *Evernia scorigena* Mont., Plant. cellul., in Barker-Webb et Berthelot, Hist. natur. îles Canaries, t. III, 2e part., 1840, p. 97, pl. VI, fig. 2, et Syllog. gener. specierumque plant. cryptog., p. 319; *Placodium scorigenum* Nyl., Enum. génér. Lich., in Mém. Soc. scienc. natur. Cherbourg, t. V, 1857, p. 111, et Synops. method. Lich., t. II, 1863, pl. IX, fig. 44, ac Linds. Mem. Spermog. and Pycnid. filament., fruticul. and foliac. Lich., in Proceed. roy. Soc. Edinburgh, t. XXII, 1859, p. 266; *Lecanora scorigena* Nyl. Lich. angolens., in Bull. Soc. Linn. Normand., 2e sér., t. II, 1868, p. 510, et apud Hue Lich. exotic., n. 1165, p. 129, in Nouv. Arch. Muséum, 3e sér., t. III, 1891.

Exsiccatum in herb. meo.: *Placodium scorigenum* Nyl., Husnot Plant. canariens., n. 230, 1866.

Thallus in speciminibus archetypis herb. Montagne, grisellus, saepius rubeolo griseus, caespitosus, laciniatus, opacus, erectus vel decumbens, plagulas 15—25 mill. latas formans; in specimine ab illustr. Montagne in sua fig. 2. delineato, laciniae 0,5—1 mill. crassae, in peripheria erectae, teretes et dichotome ramosae, in ambitu inaequaliter dilatatae, in apice truncatae, integrae aut bifidae et in superficie pubescentes; in centro compressae, decumbentes, paulo latiores, breviter et irregulatim ramosae, in apice etiam truncatae et saepe crenulatae, in superficie paulum convexae ac etiam pubescentes pubescentia in laciniis vetustis rarefacta seu deficiente; subtus concavae, cinereae, et plerumque lateraliter corticatae cortice satis late recurvo. In tribus aliis speciminibus laciniae 2—3, raro 4 mill. latae, prostratae, irregulatim dilatatae et ramosae ramis brevibus, in apice dilatatis et crenatis, in superficie similiter pubescentes et inferne paulum concavae. Hyphae 5—6 μ crassae, lumine parvo, superficiei parallelae, ramosae, articulatae et stricte coalitae in laciniarum teretium facie antica stratum 80—140 μ, et in postica 40—60 μ crassum formantes; in media crassitudine gonidia cum hyphis septatis magnas lacunas praebentibus.

In caeteris laciniis hyphae in zona superiore 60—100 lata, nudae, similiter dispositae aut passim sursum breviter verticales, extrinsecus parum atratae ac passim liberae atque prope gonidia materia nigrescente obtectae; subtus, nunc stratum 40—50 μ crassum et similiter compositum nunc hyphae incrassatae, lumine 1 μ lato, intricatae et laxe coadunatae. Gonidia viridia, protococcoidea, 10—16 μ lata, membrana parum crassa, glomerulos passim formantia. Apothecia 1—2 mill. lata, aut in apice laciniarum ramulorumve, aut supra dorsum laciniarum dilatatarum enata et in posteriore casu sessilia, in basi vix constricta, excipulo thallo concolore et pubescente, margine aurantiace vel rubente croceo satis prominulo, demum verticaliter fisso nudoque ac disco concolore, plano aut leviter convexo ac nudo instructa. Excipulum nihil aliud est quam thallus continuatus et velut iste hydrate kalico immutatus. Perithecium in apotheciis adultis summum excipulum extrinsecus superans, ibi granulis flavidis hydrate kalico rubro dissolutis repletum, caeterum incoloratum et usque 240 μ crassum; in eo hyphae subtus horizontales et lateraliter verticales aut flabellatae et hyphis medullaribus fere similes; sub eo passim gonidiorum glomeruli et hyphae thallinae. Paraphyses hyalinae, sursum rotundatae et granula obscure flava hydrate kalico rubro dissoluta ferentes, 60—80 μ altae, 4—5 et in apice 6 μ crassae, rectae, arcte aggregatae, articulatae articulis 6,25—10, et in apice 4—5 μ longis, dissepimentis satis crassis et lumine 2,5—3, in ultimo ac interdum in penultimo 4 μ lato, frequenter connexo ramosae ac iodo caeruleae. Sporae octonae, hyalinae, distichae, simplices sed polocoelae, loculis polaribus 2,5—5 μ latis, non raro tubulo axili angusto junctis, 10—14 μ longae et 6—7 μ latae. Spermogonia aurantia in thallo inclusa; spermatia apud Nyl. in tab. IX, fig. 44b, parva, cylindrica et in apicibus truncata; sterigmata crebre ac constricte articulata.

Species ad generis *Anaptychiae* sectionem A. *Hyalopalaridiymas*, Hue, Lich. extra-europ., n. 189, in Nouv. Arch. Muséum, 4e sér., t. I, 1899, p. 104, attinens ac prope *A. villosam* (Ach.) Hue locanda. Ab ea apotheciis saepe terminalibus et in basi vix constrictis primo intuitu differt. Illud sectionis nomen, docente meo opusculo cui titulus Notice sur les spores des Licheni blasteniospori Mass., harum specierum sporarum naturae contradicit, attamen retinendum est. Ex eodem hujus *Anaptychiae scorigenae* sporas ab auctoribus uniseptatas falso creditas clare patet.

8. **Lecanora** (sect. Caloplaca) **melanhaematica** Hue, sp. nov.; *Lecanora varia* x. *apochroea* Schaer. Enum. critic. Lich. europ. (1850), p. 83, secundum specimen authenticum ad lignum abietinum lectum, in herb. Mus. paris.

Thallus flavido albescens, in centro paulum crassus et in ambitu tenuis, continuus, sed frequenter et irregulatim rimosus, passim fere areolatus et in superficie laevis. Cortex superne aeque ac excipulum granulis obscure flavidis hydrate kalico violaceo purpureo dissolutis repletus et 30—50 μ crassus; in eo hyphae intricatae, prope gonidia 5—7 μ crassae, lumine 3—4 μ lato, et sursum 3—4 μ metientes, tunc lumine 1,75—2 μ

metiente, articulatae articulis plus minusve sphaericis. Gonidia viridia, protococcoidea, 6—10 μ lata, membrana parum crassa, stratum crassum et non densum sub cortice formantia. Hyphae medullares constricte septatae et varie directae ac in basi horizontales, remote septatae, 4 μ crassae, lumine 1,5 μ lato et inter ligni fibrillas penetrantes; inter priores cristalli oxalatis calcici numerosi. Apothecia 0,5—1,2 mill. lata, supra thallum elevata, raro dispersa et rotunda, saepe plura aggregata et angulata, in basi constricta, excipulo albo et laevi, margine crasso, parum prominulo, integro aut demum parum flexuoso atque disco atro rubro, primum plano et demum convexo instructa. Excipuli cortex lateraliter 10—20 et subtus 20—30 μ crassus et sicut thalli cortex formatus, sed interdum in basi hyphae protoplasmate fere inopes. Perithecium incoloratum ac angustum; in eo hyphae horizontales, ramosae, arcte coalitae, lateraliter ascendentes, sursum flabellatae et fastigiatae marginemque 50—60 μ crassam efficientes. Gonidia inter utrumque integumentum; medulla crassa ex hyphis 6—8 μ crassis moniliformiter articulatis, lumine 4—6 μ lato. Paraphyses hyalinae, sursum rotundae et cum perithecio summo granula obscure flavida, hydrate kalico violaceo purpureo dissoluta ferentes, 80—100 μ altae, 3—5 μ crassae, rectae, arcte cohaerentes, articulatae articulis 7—10, et in apice 4—5 μ longis, septis crassis et lumine 2, et in ultimo articulo 2,5—3 μ lato, apicem versus passim furcatae et iodo caeruleae. Sporae octonae, hyalinae, distichae, simplices sed polocoelae, loculis parvis et tubulo angusto saepe junctis, apud Nyl., in schedula, 14—16 μ longae et 7—9 μ latae; in lamina apothecii tenui hydrate kalico tractata, 14—18,75 μ longae et 7,50—8,75 μ latae.

Haec species a cel. Nylander in herb. Mus. paris. *Lecanora aurantiaca* f. *erythrella* (Ach.) *lignicola* nominata fuit. Non est *Lecanora varia* ε. *L. apochroea* Ach. Lichenorg. univ., p. 379, cui crusta tenuissima, fere nulla et apothecia minutissima disco plano et pallido lutescente attributa fuerunt.

9. **Lecanora** (sect. Caloplaca) **xanthopa** Hue, sp. nov.; *Lecanora aurantiaca* Nyl. Lichenogr. Nov.-Granat. Prodrom., p. 28, in Act. Soc. scienc. Fennicae, t. VII, 1863, et Lichenes, apud Trianon et Planchon Prodrom. Flor. Nov.-Granat., Cryptogam., 1863, p. 28, in Annal. scienc. nat., Botan., 4e sér. t. XX, 1863, secundum specimen archetypum et corticolam, herb. Lindig, n. 2601, in herb. Mus. paris.

Thallus flavidus, passim flavido albescens, tenuis, granulatus et parum evolutus. Cortex aeque ac excipulum, superne granulis flavidis hydrate kalico purpureo dissolutis repletus et vel 10 vel 20 μ crassus; in eo hyphae intricatae, parum distinctae, articulatae articulis 4—5 μ longis, lumine 1,5—2,5 μ lato, interdum transversim sectae atque in zona externa 10—20 μ lata protoplasmate fere expertes. Gonidia viridia, protococcoidea, 8—12 μ lata, membrana parum crassa, stratum densum sub cortice formantia; inter ea hyphae constricte septatae. Medulla parum evoluta et ejus hyphae 3—4 μ crassae, articulatae articulis longis inter cellulas

suberis arboris penetrantes et ibi interdum incrassatae. Apothecia 0,3—0,8 mill. lata, supra thallum elevata, raro dispersa et rotunda, passim lobulata, saepius in glomerulis congregata angulataque, in basi parum constricta, excipulo flavido vel paulum albescente, margine vix prominula, integra atque hic et illic tenuiter granulata atque disco aurantiaco, plano et nudo instructa. Excipuli cortex 15 μ latus et sicut thalli cortex formatus, sed hypharum articuli 5—6 μ longi, lumine 2,5—3,75 μ lato. Perithecium incoloratum et angustum; in eo hyphae horizontales, breviter et etiam sphaerico articulatae, lateraliter ascendentes, fastigiatae, sursum flabellatae marginemque 40—60 μ latam efficientes. Gonidia stratum crassum densumque inter utrumque integumentum exhibentia. Paraphyses hyalinae et sursum, aeque ac summum perithecium granula flavida hydrate kalico purpureo dissoluta continentes, 80 μ altae, 5—6 μ crassae, arcte coalitae, articulatae articulis 10—15 μ longis, 2—3 superioribus 5—6 μ metientibus, sepimentis parum crassis et lumine 1,5 et in articulis ultimis 3—4 μ lato, frequenter in apice corymbose ramosae et iodo caeruleae. Thecae 56 μ longae, 17,5 μ latae, in apice parum incrassatae ac in basi caudatae; sporae octonae, hyalinae, distichae, simplices sed polocoelae loculis 3—4 μ longis et tubulo angusto junctis, 13—18 μ longae et 6,5—8,5 μ latae, immixtis 11 et 13 μ longis et 8 latis.

10. **Lecanora** (sect. Parmularia) **perconcinna** Hue; sp. nov.

Thallus obscure stramineus, adnatus, orbicularis rosulasque 10—15 mill. latas formans, dein centrifugus, adnatus, opacus, verrucoso laciniatus et hydrate kalico flavens; laciniae in peripheria optime radiantes, 0,2—0,4 mill. latae, contiguae aut subimbricatae, convexae, ramosae; in apice interdum paulum dilatatae, integrae seu crenatae; in superficie laeves; in centro in parvas mutatae verrucas, contiguas aut rarius dispersas ac hinc inde glebuloso pulvinatas, in superficie etiam laevigatae aut tenuiter rugulosae; intus albidae et subtus flavidulae. Cortex superior corpusculis stramineis repletus 40—80 μ crassus; in eo hyphae fastigiatae, verticales, indistinctae, ramosae, articulatae articulis vel cylindricis et 5—8 μ longis, vel sphaeroideis, septis satis crassis et lumine 2 μ lato atque strato fere amorpho et 12—15 μ crasso obtectae. Gonidia flavo viridia, protococcoidea, 12—18 μ lata, membrana parum crassa, et stratum 30 μ latum et non densum, singulis gonidiis singula hypha circumdatis, sub cortice formantia. Hyphae medullares 3—4 μ crassae, nudae, horizontales, breviter articulatae reteque praebentes. Cortex inferior 20 μ latus et superiori similis ac in ejus basi hyphae liberae 5—7 μ crassae, septatae, pariete crasso saxoque adhaerentes. Apothecia 0,5—1 mill. lata, supra verrucas enata et sessilia, saepe conferta et angulata, in basi constricta, excipulo thallo concolore et laevi, margine satis crasso, vix prominulo, integro aut saepius crenulato atque disco rufo aut fusco, plano et demum convexo ac leviter pruinoso ornata. Excipuli cortex in margine 40 et subtus 40—60 μ crassus et thalli cortici superiori similis. Perithecium incoloratum in margine 30 et

inferne 80 μ latum; in eo hyphae horizontales, ramosae reteque formantes, lumine 1,5 μ lato, in margine verticales, similiter reticulatae et in zona externa, 20 μ crassa, non ramosae. Gonidia in margine et sub hypothecio et subtus inter hyphas medullares vigentia. Paraphyses hyalinae, sursum livido flaventes, 60—80 μ altae, 2—3 μ crassae et in apice capitatae capite 4—5 μ lato, rectae, arcte cohaerentes, articulatae articulis 6—8 μ longis, sepimentis tenuibus et lumine 2 μ lato, apicem versus passim furcatae ac iodo caeruleae. Thecae 45—50 μ longae, 12—14 μ latae, in apice incrassatae et in basi attenuatae; sporae octonae, hyalinae, simplices, distichae, 11—13 μ longae et 6—7,5 μ latae, interdum sphaericae et diametro 7—9 μ metientes. Spermogonia supra lacinulas sparsa, in thallo immersa et ostiolo nigro denotata; spermatia aut leviter curvula, aut subrecta, 14—18 μ longa et 1 μ lata; sterigmata ramosa et non articulata, 25—30 μ longa et 2—3 μ lata.

Pulchra species nulli, ut videtur, affinis.

In Asia: in Japonia legit R. P. Faurie saxicolam in ins. Nippon, in Hachinohe, n. 1245, 1254, 1290 et 1291, aprili 1899.

Genus *Parmularia* Birg. Nilson, Flechtenveget. Sarekbirg. 1907, p. 34, apud Humb. Naturwiss. Untersuch. Sarekgebirg Schwed.-Lappl., t. III, Botan., loco generis *Squamariae* jam Phanerogamis dediti creatum. Adest enim *Squamaria* Riv. e Linn. Gener., ed. 1, 1737, p. 180 (= *Lathraea* in *Orobanch.*) ac etiam *Squammaria* Riv., loc. citat., 1735. Hoc nomen *Squamariam*, in Lichenibus discribendis primus usurpavit Hoffm., Plant. lichenos, t. I, p. 33.

11. **Lecanora** (sect. Parmularia) **dioides** Hue; sp. nov.

Thallus obscure flavicans, albo pruinosus, arcte adnatus, orbicularis et plagas 5 cent. latas formans, hydrate kalico flavens et laciniatus; laciniae in peripheria 1—2 mill. latae, longe radiantes, turgidae et apice applanatae, contiguae, simplices aut semel divisae, lateraliter passim contractae et inde quasi undulatae, supra hinc inde concavae, laeves et apice anguste denigratae; in centro breviores, varie directae et apotheciis saepe omnino obtectae; intus albidae; subtus nigrae. Cortex superior corpusculis flaventibus obsitus et 30—60 μ crassus; ejus hyphae fastigiatae, arcte coalitae, ramosae, articulatae articulis sursum sphaeroideis et inferius oblongis, lumine 2—3 μ lato et septis tenuibus, atque zona fere amorpha, 10—30 μ lata obtectae. Gonidia flavo virentia, pleurococcoidea, 8—20 μ lata, membrana inaequaliter incrassata, stratum 60—80 crassum sub cortice efficientia. Hyphae medullares nudae, 3—4 μ crassae, sub gonidiis verticales et laxae ac inferius horizontales et stricte coadunatae. Cortex inferior nigrescens, 20 μ crassus et articulos 6—7 μ latos praebens; hyphae medullares hunc corticem trajicientes et Lichenem saxo affigentes, vel autea parvum lacinulam superiori trabeculatim junctam formantes. Apothecia 1—1,5 mill. lata, in centro acervata et laxe in thallo insidentia, in basi constricta, excipulo thallo concolore et laevi, margine integro aut

flexuoso, vix prominente atque disco fusco rufo, plano nudoque exornata. Excipuli cortex superne 50 et lateraliter 60—80 μ latus ac thalli cortici superiori similis, sed hyphae minus verticales. Perithecium incoloratum, in margine 40 et subtus 50—60 μ crassum; in eo hyphae horizontales, articulatae, ramosae reteque efformantes et in margine verticales; gonidia in margine et sub utroque integumento. Paraphyses hyalinae, sursum corpusculis obscure rufis repletae, 70 μ altae, 3—4 μ crassae, rectae, parum cohaerentes, articulatae articulis 8—10 μ longis, septis tenuibus et lumine 2 μ late, atque iodo caerulescentes et mox rubentes, sed amoto reagentis excessu, denuo caeruleae. Thecae 48 μ longae, 15 μ crassae, superne incrassatae et inferne attenuatae; sporae octonae, hyalinae, simplices, distichae, 11—14 μ longae et 6—7 μ latae.

*Lecanorae alphoplacae* Ach. primo intuitu statu externo sat similis, sed revera *L. saxicolae* Ach. affinis illa species a qua laciniis thalli turgidioribus, apotheciis fuscis et variis anatomicis notis secernitur. Specificum nomen e verbo adjectivo graeco διοιδής, turgidus, desumptum.

In Asia: in Turkestan legit cl. Capus ad saxa granitosa, in herb. Mus. parisiens.

12. **Lecanora** (sect. Parmularia) **orientalis** Hue; sp. nov.

Thallus albido cinerescens, adnatus, plagulas semi-orbiculares, 1—3 cent. longas et angustas efficiens, opacus, reagentibus solitis immutatus et laciniatus; laciniae 1—2 mill. latae, e centro ad peripheriam radiantes, contiguae, paulum dilatatae et tunc pluridivisae, in apice rotundatae, integrae ac marginatae margine angusta, paulum elevata et vix albidiore atque in superficie tenuiter rugulosae; intus albae et subtus concolores ac squamulas fusco nigrescentes formantes atque earum ope saxo adhaerentes. Cortex superior corpusculis obscure flavidis repletus et 10 μ crassus; ejus hyphae fastigiatae, indistinctae, ramosae, articulatae articulis oblongis, 4—5 μ longis aut sphaeroideis, lumine 1,5—2 μ lato, pariete et septis tenuibus, et zona 10 μ crassa cellulas protoplasmate inopes continente obtectae. Gonidia viridia, pleurococcoidea, 10—16 μ lata, membrana incrassata stratumque 60—80 μ crassum et vix interruptum sub cortice praebentia. Hyphae medullares materia albida obtectae, 2—3 μ crassae, varie directae et numerosissimos oxalatis calcici cristallos inter se admittentes. Cortices lateralis et in laciniis peripheriae tantum inferus adstans 40 μ crassi et velut superior formati. Apothecia 0,5—1 mill. lata, in centro conferta et saepe angulosa, in basi parum constricta, excipulo thallo concolore et laevi, margine tenui, vix prominente crenulatoque ac disco aut stramineo aut rufo et demum fusco, plano nudoque instructa. Excipuli cortex in margine 20, lateraliter 30 et infra 60 μ latus et cortici superiori thalli similis. Perithecium incoloratum in margine 40, lateraliter 20 et subtus 80—100 μ crassum, ex hyphis horizontalibus, ramosis, articulatis, arcte coalitis et lateraliter ascendentibus compositum; gonidia et medulla cum cristallis inter utrumque integumentum conspicua. Paraphyses

hyalinae, sursum granulis obscure flavidis repletae et cuticula hyalina 4—6 μ crassa obtectae, 80 μ altae, 3—4 μ crassae, rectae, arcte coadunatae, articulatae articulis 4—8 μ longis, lumine 2 μ lato, superne paulum incrassato, et septis tenuibus, passim connexo ramosae ac iodo caeruleae. Thecae 30—35 μ longae, 12 μ latae et apice vix incrassatae; sporae octonae, hyalinae, simplices, distichae, 8—12 μ longae et 4,5—5 μ latae.

Species parvula, modo crescendi, margine prominulo lacinias cingente, cortice thalli superiore angustissimo, inferiore deficiente et sporis parvis a *L. saxicola* Ach. facile discernenda.

In Asia: in Corea legit R. P. Faurie supra saxa non calcaria, in Hpyeng-yang, n. 4497, junio 1901, et in rupinis Hong-no, n. 614, 6 octobris 1906.

13. **Lecanora** (sect. Parmularia) **leptopismodes** Nyl. Lich. Japon., 1890, p. 42, et apud Hue Lich. exotic., n. 1339, in Nouv. Arch. Mus., 3e sér., t. III, 1891.

Thallus albidus vel albido stramineus, adnatus, parum crassus, opacus, squamulosus et intus hydrate kalico flavens; squamulae primum 0,5—1 mill. latae et rotundatae, applanatae, mox bis, ter aut plurilobulatae et tunc 2—5 mill. latitudine metientes, aut solitariae aut plures contiguae et sic plagulas irregulares formantes; in ambitu leviter crenatae; in superficie tenuissime rugulosae; intus et subtus albidae atque hypharum ope saxo arcte adhaerentes. Cortex superior materia obscure flava, hydrate kalico aegre depulsa velatus et 40—50 μ latus; in eo hyphae fastigiatae, verticales, obliquae, ramosae ramis passim anastomosantibus reteque efficientibus, articulatae articulis sphaeroideis cum septis parum crassis et lumine 2—2,25 μ lato atque strato fere amorpho 12—20 μ lato obtectae. Gonidia viridia, pleurococcoidea, 8—18 μ lata, membrana parum crassa, stratum 40—50 μ latum sub cortice formantia. Hyphae medullares 3—4 μ crassae, horizontales vel verticales, ramosae et etiam sphaeroideo articulatae, pariete tenui, et iodo caerulescentes; inter eas numerosi magnique oxalatis calcici cristalli acervati. Cortex inferior 30—35 μ latus, in peripheria tantum vigens et superiori similis; hyphae liberae 4—6 μ crassae et oblongo articulatae, pariete sat crasso. Apothecia 0,4—1 mill. lata, in squamulis primum immersa, dein paulum emersa, excipulo laterali thallo concolore et laevi, margine satis crasso integroque aut sinuato atque disco stramineo carneo, plano et nudo instructa. Excipuli cortex parum subtus continuatus et thalli cortici superiori similis. Perithecium incoloratum et iodo caerulescens, in margine 40 ac subtus 140 μ crassum; in eo hyphae verticales et in latere ascendentes atque sphaeroideo septatae; gonidia sub eo et in margine. Paraphyses hyalinae, sursum corpusculis obscure carneis repletae, ac cuticula 10 μ crassa obtectae, 60—70 μ altae, 2—3 μ crassae, rectae, arcte cohaerentes, articulatae articulis 4—6 μ longis, septis tenuibus et lumine 2—2,25 μ lato, passim furcatae et connexo ramosae atque iodo caerulescentes. Sporae octonae, hyalinae, simplices, distichae, ellipsoideae, 9—10 μ longae et 6—7 μ latae. Spermogonia in thallo immersa, intus

hyphis strictius implexis ac inferne pauca gonidia foventibus circumdata; spermatia curvula, 20—26 μ longa et vix 1 μ crassa; sterigmata bis aut ter articulata ac 2—3 μ crassa.

Etsi apud Nylander, loc. citat., paulo latiores laciniae indicentur, illa specimina tamen modo crescendi ac thalli reactione ad hanc speciem pertinere videntur. Sub respectu anatomico, hyphas ubique sphaeroideo articulatas animadvertendum est.

In Asia: in Japonia saxicolam legit R. P. Faurie: 1. in ins. Yeso, in Hakodate, n. 1151, martio 1899. 2. In ins. Nippon, in Aomori, n. 432, martio 1897, ac in rupinis Aomori, n. 1070, martio 1899.

14. **Lecanora** (sect. Placopsis) **stenophylla** Hue; sp. nov.; *Squamaria gelida* Nyl. Addit. Flor. cryptog. chilens., in Annal. scienc. natur., Botan., 4e sér., t. III, 1855, p. 182, secundum specimina saxicolas a cl. Gay in Chili lecta, in herb. Mus. parisiens.

Thallus pallide vel virescenti cinerescens, orbicularis rosasque 4—7 cent. latas formans, arcte adnatus, opacus et laciniatus; laciniae 1—1,5 mill. latae e centro ad peripheriam radiantes, lateraliter ramosae ramis linearibus, semper adpressis, brevibus aut sat longis, in peripheria dilatatae, pluries divisae et in apice vulgo rotundatae, vel integrae vel crenulatae; in superficie applanatae, laeves, passim et saepe in centro transversim fissae; intus albidae, subtus rufo nigrescentes. Cortex corpusculis obscuris repletus, hydrate kalico flavens (zona laciniae infera rubente), hypochlorite calcico aeque ac medulla excipulique cortex rubens et 10—20 μ crassus; ejus hyphae fastigiatae, 3—4 μ crassae, stricte coalitae, ramosae, articulatae articulis sphaericis aut sphaeroideis, lumine 2 μ lato, atque strato cellulas plerasque protoplasmate inopes saepe obtectae. Gonidia viridia, protococcoidea, 6—8 μ lata, membrana tenui ac stratum 50—60 μ crassum et frequenter hyphis verticalibus interruptum sub cortice praebentia. Hyphae medullares materia atrata nubilatae, 2—2,5 μ crassae, horizontales, ramosae, articulatae ac stricte coadunatae; inferne vel saxo adhaerentes vel saepius parvam squamulam gonidiis orbatam formantes. Apothecia 0,1—1,5 mill. lata, supra lacinias tum centri, tum peripheriae dispersa, cupuliformia, in basi constricta, excipulo thallo concolore et laevi, margine crasso, prominente integroque atque disco pallide vel obscure rufo, plano nudoque exornata. Excipuli cortex 20 μ crassus et thalli cortici similis. Perithecium incoloratum, iodo caerulescens, lateraliter 30 et subtus 160 μ crassum; in eo hyphae horizontales, breviter articulatae, lateraliter ascendentes et in margine flabellatae. Gonidia sub utroque integumento et rarissime in margine vigentia. Paraphyses hyalinae et sursum granulis obscure rufis oneratae, 160—200 μ altae, 2—3 μ crassae, flexuosae, liberae, articulatae articulis 8—10 μ longis, septis tenuibus et lumine 1 μ lato, in zona supera 20—30 μ lata crebre ramosae ramis intricatis, articulatae articulis sphaeroideis aut breviter oblongis ac iodo caerulescentes. Thecae cylindricae 140—145 μ longae, 12—15 μ latae,

in apice paulum incrassatae et in basi longe caudatae; sporae octonae, hyalinae, simplices, monostichae, 18—20 μ longae et 10—12 μ latae, immixtis 20 μ longis et 8—10 μ latis. Cephalodia numerosa, pallide rufa, rotunda, 1,5—3 mill. lata, supra lacinias peripheriae centrique sparsa et interdum gyrose disposita atque radiose lobulata. Eorum cortex 40—50 μ latus et ex hyphis verticalibus et breviter septatis constans; lobuli hyphis similibus separati. Gonidia stigonemea, 6—14 μ lata, raro sphaerica, saepius angulato oblonga.

Species modo crescendi et intus hyphis angustioribus a *L. gelida* Ach. omnino distincta.

15. **Lecanora** (sect. Placopsis) **cribellans** Nyl. Lich. Japon. (1890), p. 42, et apud Hue Lich. exotic., n. 1326, in Nouv. Arch. Mus., 3e sér., t. III, 1891.

Thallus albus vel cinerescenti albidus, orbicularis rosulasque 2—5 cent. latas formans, arcte adnatus, plus minusve nitidus et anguste laciniatus; laciniae in peripheria nunc regulatim, nunc irregulatim radiantes, 0,5—1 mill. latae, contiguae, aut subimbricatae, lateraliter passim breviter ramosae, in apice saepe dilatatae, bis aut ter divisae et crenatae, supra applanatae vel leviter convexae et omnino laeves; in centro varie directae seu etiam radiantes, contiguae ac in superficie frequentissime cribellato punctatae punctis parvis (0,1—0,2 mill. metientibus) et concavis; intus albidae; subtus in peripheria etiam albidae ac in centro saepe fusco nigrae. Cortex superior corpusculis obscuris nubilatus, aeque ac stratum gonidiale hypochlorite calcico rubens, in peripheria aequatus et in centro, ob puncta concava multum inaequatus et 20—30 μ latus; ejus hyphae fastigiatae, 4—5 μ crassae, arcte coalitae, parce ramosae, articulatae articulis superne sphaericis et inferius sphaeroideis, septis parum crassis et lumine 2 μ lato atque zona 6—10 μ crassa cellulas collapsas ac protoplasmate inopes continente obtectae. Gonidia viridia, protococcoidea, 5—7 μ lata, sphaerica aut oblonga, membrana tenui, stratumque 60—100 μ latum, in peripheria densum et in centro laxum ac frequenter hyphis verticalibus interruptum sub cortice formantia et pauca in summam medullam dispersa; inter ea hyphae verticales velut in cortice septatae. Hyphae medullares materia albida obtectae, nullo reagente mutatae, 3—4 μ crassae, superne verticales, inferius horizontales, articulatae et stricte coalitae; in zona omnino inferna, 20 μ crassa, pro parte verticales et sic corticem inferiorem efficientes ac demum saxo adhaerentes. Apothecia 0,6—1 mill. lata, in centro dispersa et rara, cupuliformia, in basi constricta, excipulo thallo concolore et laevigato, margine crasso, prominente et integro atque disco carneo, plano et saepe rugoso ornata. Excipuli cortex simul cum strato gonidiali hypochlorite calcico rubens, in margine 100, lateraliter et inferne 30—40 μ latus et cortici thalli superiori similis. Perithecium incoloratum, in medio apothecio iodo caerulescens, in margine 15—20 et inferne 60—100 μ latum et zona 15—20 μ lata, in qua hyphae sphaerico articulatae limitatum; in eo hyphae horizontales aut intricatae, lateraliter ascendentes ac in

margine sicut excipuli corticis hyphae articulatae; gonidia sub perithecio medio et excipuli cortice vigentia; in medulla nulla. Paraphyses hyalinae et sursum vix obscuratae aut flavidulae corpusculaque continentes, 160—180 μ altae, 3—4 μ crassae, flexuosae, liberae, articulatae articulis 8—10 μ longis sepimentis parum crassis et lumine 2 μ lato, apicem versus ramosae ramis intricatis ac sphaeroideo articulatis atque iodo caerulescentes. Thecae cylindricae, 120—150 μ longae, 10—12 μ latae, in apice vix incrassatae et in basi longe caudatae cauda 20—40 μ metiente; sporae octonae, hyalinae, simplices, uniseriatae, 14—16 μ longae et 7—8 μ latae, immixtis 16 μ longis et 6 μ latis. Spermogonia carnea; spermatia leviter curvula aut fere recta, 20—23 μ longa et vix 1 μ lata; sterigmata 20—40 μ longa, in basi 4 et in ramis 2 μ crassa et non articulata. Cephalodia supra thallum sparsa et apotheciis saepe numerosiora, carnea aut pallide rufa, rotunda, primum fere plana et 1 mill. lata, dein convexa 3,5—7 mill. lata, radiatim lobulata radiis interdum vix contiguis; eorum cortex superior 40—60 μ crassus, similis thalli cortici superiori et zona fere amorpha 20 μ lata obtectus; lateralis 20 et inferus 30 μ crassi et ex hyphis stricte conglutinatis, articulatis, horizontalibus et lateraliter usque ad corticem superiorem ascendentibus compositi. Gonidia pallide olivacea, stigonemea, 6—10 μ lata, in glomerulis vaginatis inter hyphas verticales aggregata.

In Asia: legit R. P. Faurie saxicolam I. in Japonia, 1. in ins. Sado, n. 949, 29 septembris 1898. — 2. In ins. Nippon, in summo monte Ganzu, n. 755, 12 augusti; in Iidesan, n. 951 et 952, 29 augusti; in Bandaisan, n. 966, 7 septembris 1898; in monte Jizogatake, n. 5607, 5608, 5618 et 5646, julio 1903 et in Ubayu, n. 5845, 1 julii 1904. — II. In Corea, in Hallaisan, n. 729 et 824, altit. 1200—1500 m., 18 octobris 1906.

16. **Lecanora** (sect. Eulecanora) **verruciformis** Hue; sp. nov.

Thallus virenti cinerescens, parum crassus, opacus, reagentibus solitis immutatus et verrucosus; verrucae vel 0,2—0,6, vel 1—2, raro 3 mill. latae, circiter 0,6—1 mill. crassae, nunc semper sessiles, nunc pedicellatae ac tum 3—4 mill. altae, saepe dispersae et hyphis hypothallinis atris circumdatae, passim contiguae, rarius plures aggregatae crustamque parvam et inaequatam formantes; supra convexae et laevigatae; intus albidae; subtus similiter coloratae vel brunneae. Cortex superior corpusculis viridi atratis repletus et 20—40 μ crassus; in eo hyphae fastigiatae, passim verticales et parce ramosae, passim multum ramosae et interdum obliquae, indistinctae, articulatae articulis 3—4 μ longis, in apice saepe sphaeroideis, sepimentis crassis et lumine 1,5—2 μ lato atque zona 6—10 crassa cellulas collapsas et protoplasmate inopes continente obtectae. Gonidia pallide viridia, pleurococcoidea, 10—16, raro 18—22 μ lata, membrana incrassata, stratum 40—60 μ crassum et hinc inde paucis hyphis verticalibus e medulla ascendentibus interruptum formantia. Hyphae medullares materia cretacea et obscura nubilatae, 8—10 μ crassae, lumine 1,5 μ lato, saltem superne horizontales,

articulatae, ramosae, sub gonidiis stricte et inferius laxe coadunatae; inter eas numerosi oxalatis calcici cristalli conspicui. In axi pedicelli hyphae tam crassae quam in medulla, sed materia brunnea reticulatim obtectae, verticales et strictissime aggregatae. Cortex lateralis 40 μ latus, superne superiori similis et mox nudus atque ex hyphis decompositis, lumine 1,5—2 μ lato, rete maculis magnis et imparibus efficientibus constans; cortex inferior 60—80 μ crassus et laterali similis. Inter axim et corticem lateralem ac sub inferiore nulla gonidia; pauca in parte supera corticis lateralis vigentia. Apothecia 0,6—1, raro 2 mill. lata, supra verrucas enata et sessilia, vel dispersa et rotunda, vel contigua et angulata, cupuliformia, in basi optime constricta, excipulo thallo concolore et laevi, margine satis crasso, prominente, primum integro et dein crenulato atque disco flaventi rufo, plano et leviter albo pruinoso instructa. Excipuli cortex in margine 30—40 et subtus 100—110 μ latus ac zona fere amorpha 10—20 μ lata circumscriptus; in eo hyphae decompositae, sicut in cortice inferiore, articulatae articulis 4—6 μ longis cum septis crassis, lumine 1,5—2 μ lato, et rete maculis magnis et inaequalibus efformantes; in margine vero hyphae plerumque velut in cortice inferiore dispositae. Perithecium incoloratum, in margine 40—50, lateraliter 120 et inferne 200—240 μ latum; illius hyphae horizontales, arcte conglutinatae, ramosae reteque formantes atque in margine verticales. Gonidiorum duplex stratum: unum sub perithecio et alterum sub cortice; inter utrumque integumentum hyphae medullares. Paraphyses hyalinae, sursum granulis atrato flavidis repletae, leviter incrassatae et cuticula 10 μ lata tectae, 60—70 μ altae, 4—5 μ crassae, rectae, arcte cohaerentes, articulatae articulis 6—10 μ longis, septis satis crassis et lumine 1,5 μ lato, ultimo 4 μ metiente, lumine 2 μ, passim connexo ramosae et iodo caeruleae. Thecae 40—45 μ longae, 12 μ latae, in apice parum incrassatae et in basi paulum attenuatae; sporae octonae, hyalinae, simplices, distichae 11—12 μ longae et 4—4,5 μ latae, immixtis 9 μ longis et 4,5 μ latis, atque triplice D. Guéguen reagente rubentes. Spermogonia in thallo inclusa, intus incoloria et extrinsecus zona hypharum breviter articulatarum, 10 μ lata, circumdata; spermatia curvula, 12—18 μ longa et vix 1 μ crassa; sterigmata 20 μ longa, 2—3 μ crassa et bis aut ter articulata.

Cette espèce est très remarquable par la double structure qu'elle présente. En effet, le cortex supérieur du thalle est formé d'hyphes fastigiés, comme dans les autres espèces du groupe, tandisque dans le cortex inférieur, dans celui de l'excipule de l'apothécie et dans la partie inférieure du pédicelle, les hyphes sont décomposés. Ils le sont également dans une certaine portion du cortex supérieur du thalle avoisinant l'apothécie et dans la marge, comme dans le *Lecanora subfusca* Ach., ils sont au contraire fastigiés. De plus cette espèce forme, avec le *L. aspidophora* Wain., Lich., 1903, p. 19 in Résult. voyag. «S. Y. Belgica» en 1897—1899, Botan. et Hue Lich., 1908, in Expéd. antarct. fr. command. par le

Dr. Charcot (1903—1905), et surtout avec sa forme *errabunda* Hue Lich. in Seconde expédit. antarct. français, n. 56, une sorte de transition entre les genres *Lecanora* et *Polycauliona*. En effet dans celui — ci les apothécies deviennent pédicellées, tandisque dans le *L. verruciformis* Hue, ce sont les verrues du thalle qui prennent cette forme. Mais dans l'un et l'autre cas, la structure n'est pas radiée, car sous le cortex de l'un et l'autre de ces pédicelles, il n'existe point de couche gonidiale.

In Asia: in Corea saxicolam legit R. P. Faurie in Tjyang-Tjyen, n. 101, junio, et in Hoang-hai-to, n. 329, augusto 1906.

17. **Lecanora** (sect. Ochrolechia) **jucunda** Hue; *Zeora jucunda* Flot. (ipse determinavit), secundum Lechler Plant. chilens., n. 666, specimina supra saxa granitica prope coloniam Arique in prov. Valdivia in Chili lecta, in herb. meo, olim comitis de Franqueville.

Thallus subrufescenti cinerescens, opacus et areolatus; areolae 0,5—1 mill. latae, 0,3—0,5 mill. crassae, orbiculares, contiguae, ambitu interdum lobatae lobis contiguis, in superficie planae aut leviter convexae laevesque; intus albidae; inferne fuscae, paulo superius rufae et tunc hydrate kalico rubentes. Cortex corpusculis rufescentibus nubilatus, hydrate kalico non tinctus et 10—20, raro 30 μ crassus; ejus hyphae fastigiatae, 3—4 μ crassae, pariete tenui, multum ramosae, articulatae articulis sphaeroideis ac stricte coalitae. Gonidia pallide viridia, protococcoidea, rotunda aut oblonga, 6—10, raro 14 μ lata, membrana tenui, hinc inde 2—4 aggregata, hyphis non separata ac vagina haud circumdata, stratum 100—140 μ crassum; passim paucis hyphis verticalibus interruptum sub cortice formantia atque in medullam singula aut bina descendentia et interdum in basi parvos glomerulos praebentia. Hyphae medullares corpusculis griseis velatae, 3—4 μ crassae, verticales, ramosae, arcte coadunatae, aliquando incrassatae, 5—6 μ metientes ac sphaeroideo articulatae; in basi inter saxi particulas penetrantes, imo eas circumdantes et glomerulos 0,1 mill. latos praebentes. Apothecia 1—1,5 mill. lata, cupuliformia, supra thallum sparsa et rotunda, raro contigua et paulum angulata, in basi parum constricta, excipulo albido ac laevi, margine satis crasso, integro et paulum prominente atque disco rufo plano nudoque instructa. Excipuli cortex ubique 20—30 μ crassus et thalli cortici similis. Perithecium incoloratum vel leviter rufescens, iodo caerulescens, in margine excipuli corticem superans et 100—160, lateraliter 80 et subtus 150—200 μ crassum, e duplice zona constans; in superiore hyphae intricatae ac breviter aut sphaeroideo articulatae; in inferiore altera crassiore hyphae horizontales, arcte coalitae et ad marginem ascendentes; gonidia in margine et sub perithecio ac ibi stratum 140 μ crassum efficientia. Paraphyses hyalinae seu sursum leviter rufescentes, parvulis granulis onustae et aeque ac summum perithecium hypochlorite calcico hydrati kalico superposito rubentes, 220—260 μ altae, 3 μ crassae, rectae aut flexuosae, parum cohaerentes, articulatae articulis 10—20 μ longis, septis tenuibus et lumine

1 μ lato, passim ramosae ramis non connexis, sed sursum in zona 20—40 μ crassa valde ramosae ramis intricatis et articulatae articulis 4—6 μ longis atque iodo caeruleae. Theca omnino juvenilis sporas vix distinctas et non vestitas continens 60 μ longa, computata cauda 10 μ longa; massa sporalis 20 μ longa et apiculata apiculo 10 μ longo; theca sporas monostichas praebens et inde cylindrica 150 μ longa, computata cauda 20 μ longa, 22 μ lata et apice incrassata; thecae saepius conspicuae clavatae, sporas superne distichas et inferius monostichas praebentes, 162—190 μ longae, computata cauda 30 μ longa, 24—26 μ lato ac apice parum incrassatae; sporae octonae, hyalinae, simplices, tegumento 2 μ lato circumdatae, triplice $D^{ris}$ Guéguen reagente rubentes aut pro parte caerulescentes, forma variabiles et aliquando angulatae, aliae oblongae, apicibus rotundatae, 18—25 μ longae et 8—10 μ latae, aliae ellipsoideae 18—20 μ longae ac 10—12, 14 et 16 μ latae, aliae tandem ovoideae 12—22 μ longae et 10—15 μ latae. Spermogonia aut in superficie thalli vigentia et ostiolo rufo notata aut in ejus centro abscondita; spermatia arcuata 18—20 μ longa ac vix 1 μ crassa; sterigmata 18—20 μ longa, 2 μ crassa, nec ramosa, nec articulata. Cephalodia magna, 0,2—0,26 μ lata, intus lobulata lobulis hyphis verticalibus separatis et extrinsecus cortice thalli circumscripta; intus gonidia nostocacea, rotunda 3—4 μ lata, nunc inter hyphas dispersa, nunc moniliformiter aggregata ac parvos nidulos efformantia.

In nullius lichenologae opere hanc speciem vel descriptam vel solummodo indicatam detegere potui.

18. **Lecanora parellula** Müll. Argov. Revis. Lich. Feeanorum, p. 11, in Rev. mycolog., n. 35, 1887; *Pertusaria parellula* Müll. Argov. Lich. japonici, p. 3, in Flora 1879, n. 31; *Lecanora pallescens* et *L. parella* Hue Lich. yunnanens., in Bull. Soc. botan. France, t. XXXVI, 1889, p. 40.

Thallus albus, albescens vel cinerescens, opacus, tenuis aut parum crassus, laevis, rimoso areolatus seu saepius granulosus, hypochlorite calcico rubens plagasque in speciminibus saxicolis indeterminatas, in corticatis vero determinatas efficiens. Cortex albidus 20—40 μ crassus; ejus hyphae fastigiatae, ramosae, articulatae articulis sphaeroideis, lumine 1—2 μ lato, arcte coalitae ac zona parum crassa cellulas protoplasmate expertes continente obtectae. Gonidia viridia, protococcoidea, 7—12 μ lata, in strato 60 μ crasso vel minore sub cortice vigentia ac interdum inter medullares hyphas descendentia; inter ea hyphae sicut in cortice articulatae et laxe implexae; in exemplaribus corticolis in glomerulis sparsis ac aliquando raris rarissimisve aggregata. Hyphae medullares cum gonidiis materia subnigrescente velatae, 2—3 μ crassae, horizontales, ramosae, arcte coadunatae ac inter arboris corticis cellulas penetrantes atque aliud stratum sub zona corticali superiore formantes. In medulla ac etiam in cortice crystalli oxalatis calcici plus minusve numerosi conspicui. Apothecia 1—4 mill. lata, in speciminibus saxicolis supra thallum sparsa et cupuliformia, non raro acervata difformiaque; eorum excipulum thallo

concolor, laeve et hypochlorite calcico rubens, margo crassus integerque ac discus pallide carneus, leviter albopruinosus, nunc planus et visibilis, nunc marginis labiis obtectus, nunc adhuc radiis ex his labiis ortis, „more Thelotrematum quorumdam, ut ait cel. Müll. Argov., *Lich. japon.*, p. 4, subclathratim operculatus". In corticolis exemplaribus apothecia forma similia, sed excipulum aliquoties granulosum et super eorum discum pruinosum radii e margine ad centrum convergentes, nunc simplices, nunc ramosi ramis anastomosantibus reteque efficientibus. Excipuli cortex 20—60 μ crassus, albidus ac sicut thalli cortex constitutus. Perithecium albidum vel flavidulum, iodo caeruleum, lunatum, angustum ac in margine paulo latius, ex hyphis horizontalibus, ramosis arcte cohaerentibus ac lateraliter verticalibus constans. Paraphyses 220—300 ac etiam 400 μ altae, 1—1,5 μ crassae, flexuosae, liberae, articulatae articulis sat longis, septis aegre distinctis et lumine 1 μ lato, frequenter connexo ramosae, in zona supera (in apotheciis nudis) 40—50 μ crassae, valde intricatae, breviter connexo ramosae atque in cunctis apotheciis iodo caeruleae. Ista zona in discis radiis ornatis cum his radiis thallinis e cortice excipuli oriundis confusa; radii ad centrum vergentes superne corticati et subtus gonidia foventes atque paraphysibus incrassatis adhaerentes. Thecae 170—180 μ longae ac 30—50 μ latae, tota earum membrana incrassata; sporae octonae, hyalinae, simplices, biseriatae, tegumento sat tenui vestitae, in n. 1147, 35—55 μ longae et 28—30 μ latae, immixtis 38 μ longis ac 26 μ latis, atque in n. 1811, 34—56 μ longae et 26—38 μ latae; in specimine corticola n. 229, 62—80 μ longae, ac 32—40 μ latae, immixtis 70 μ longis et 40 μ latis.

Species strato radiante ac etiam reticulato, in apothecii disco insidente e cortice excipuli ac simul e summis paraphysibus orto atque usque ad perithecium aliquoties descendente vere conspicua, sed fallax. Etenim in saxicolis exemplaribus apothecia disco simpliciter pruinoso *Lecanoram parellam* Ach. statim ad memoriam revocant, dum specimina corticolas, alia ad *L. tartaream* Ach., alia ad *L. pallescentem* Schaer. facile duceres. Illae tres ultimae species in Japonia et etiam in China deesse videntur et eorum loco sola adest *L. parellina* Müll. Arg., cujus specimina saxicolae in quibus discus apothecii lineis thallinis ornatus *L. tartaream* f. *pertusarioideam* exprimunt atque corticolae quorum discus radiis percursus analogiam cum *L. pallescente* Schaer. et *L. tartarea* f. *rosella* Tuck., Synops. North americ. Lich., I., p. 196 et 197 ostendunt. Caeterum haec *L. parellina* Müll. Arg. jam lecta fuerat in Japonia ex Herb. U. S. North Pacific Explorat. expedit. under comm. Ringgold and Rodgers, 1853—1856 et *L. tartarea* nominata fuit in herb. Mus. parisiens.

In Asia: in Japonia legit R. P. Faurie saxicolam: 1. in ins. Yeso, in Hakodate, n. 381 et 385 pr. p., januario 1898, n. 1108 et 1147, martio 1899. — 2. In ins. Nippon, in Sendai, n. 269, julio 1897; in Aomori, in rupibus prope mare, n. 1017, septembri 1898, et n. 3281, decembri 1900;

in Nonai prope Aomori, n. 1037, martio 1899; in Hachinohe in rupibus prope mare, n. 1294 et 1296, aprili 1899; in Morioka, n. 1342, aprili 1899; in Yonago in rupibus prope mare, n. 2078, 27 maii 1899. — 3. In ins. Sado, n. 948, 27 septembris 1898. — 4. In ins. Kiushiu, in Nagasaki, n. 1811, junio 1899, et n. 3672, maio 1901; in Sóbósan, n. 1904, 26 junii 1899. — 5. In ins. Goto, n. 3699, maio 1899.

Corticolam vero 1. in ins. Yeso, in Sapporo, n. 68 pr. p., februario 1897; in Hakodate, n. 111, martio 1897. — 2. In ins. Nippon, in Onikobe, n. 299 pr. p., julio 1897; in Fujiyama, n. 483 et 538, 10 januarii 1898; in Walkamatsu, n. 928, 4 septembris 1898; in Kuroiski, n. 1196, martio 1899; in Daisen, n. 2169, 26 maii 1899; in Tottori, n. 2177, 22 maii 1899; in Odate, n. 2288, octobri 1899; in Aomori, nis 3469, 3473, 3505 et 3506, februario 1901. — 3. In ins. Shikoku, in monte Tsurugizan, nis 2580 et 2604, junio 1900.

In n. 770, in ins. Nippon, in Togakushima, 16 septembris 1898, corticola, variat thallo crassiore, nunc membranaceo verrucoso, nunc granuloso caespitosoque. Apothecia 3—7 mill. lata, cupuliformia, elevata, excipulo granuloso, margine crasso et disco carneo, pruinoso et demum granulis ornato praedita. Sporae 60—70 μ longae et 28—30 μ latae. Notae anatomicae ad amussim concordant.

Variat adhuc in n. 87, corticola in ins. Yeso, in Mororan, februario 1897, thallo passim subsorediato et apotheciis pr. p. margine crenulato isidiato; sporae 50—62 μ longae ac 30—34 μ latae, immixtis 42—45 μ longis et 32—38 μ latis. *Parmelia parella* β *alboflavescens* Schaer. Lich. helvet. exsicc., n. 318 in herb. Mus. paris., non in meo, sat similis est et praesertim summis paraphysibus aliis praecipue differt.

f. **atrata** Hue; form. nov.

In Asia: 1. in Japonia legit R. P. Faurie corticolam: 1. in ins. Rebunshiri, n. 1620, 1 augusti 1899. — 2. In ins. Riishiri, nis 1518 et 1549, 29 julii 1899. — 3. In ins. Yeso, sine loco notato, n. 680, julio 1898. — 4. In ins. Nippon, in Iidesan, n. 851, 30 septembris 1898; in Wakamatsu, n. 914 pr. p., 4 septembris 1898; in Sóbósan, n. 1929, 26 junii 1899; in Odate, n. 2260, octobri 1899. 2. In ins. Tsushima inter Japoniam Coreamque sita, n. 3767, maio 1901.

A forma genuina differt thallo brunneo vel fuscescente atque apotheciorum disco brunneo atro aut fere nigrescente; ille discus nunc leviter albo pruinosus, nunc radiis aut granulis elongatis ornatus. Sporae in n. 680, 36—65 μ longae et 30—32 μ latae, immixtis 52—80 μ longis et 30—38 μ latis; in n. 1549, 52—60 μ longae et 30 μ latae cum 58 μ longis et 34μ latis.

19. **Aspicilia** (sect. Euaspicilia) **atroviolacea** Hue; *Zeora* (sect. v. Urceolatae) *atroviolacea* Flot.; *Lecanora atroviolacea* Nyl. Lich. Fueg. et Patagon., 1888, p. 21, secundum specimen archetypum Lechler Plant. ins. Maclovian., n. 60, ad ins. orient. sinum Port William Stanley, supra saxa quartzosa, septembri 1850, in herb. meo.

Thallus sublutescenti albidus, opacus, rimoso areolatus et maculas 3—6 mill. latas supra petram vel in ejus parvulis depressionibus insulatim dispersas ac hypothallo nigro persaepe circumdatas formans; areolae 1—1,5 mill. latae vel minores, 0,5—0,6 mill. crassae, variiformes, rimis angustis separatae, superficie laeves et ambitu crenatae denigrataeque; intus albidae et subtus nigrae. Cortex superior, aeque ac lateralis, 30—60 μ crassus et corpusculis obscure flaventibus nubilatus; ejus hyphae fastigiatae, 5—6 μ crassae, articulatae articulis linearibus, lumine 2 μ lato, ramosae et inter ramos parvos meatus relinquentes atque strato 10—20 μ crasso cellulas protoplasmate expertes continente tectae. Gonidia viridia, protococcoidea, rotunda aut rarius oblonga, 6—10 μ lata, membrana tenui, stratum parum crassum, interruptum ac non densum, singulis hyphis singula circumdantibus, sub cortice efficientia. Hyphae medullares 6 μ crassae, verticales, ramosae, articulatae articulis cylindricis, lumine 2 μ lato, materia calcaria passim tectae, paucos cristallos admittentes ac in basi incrassatae, 8—10 μ metientes et apice rotundatae. Apothecia 0,5—1 mill. lata, rotunda, in thallo immersa, perithecio nigro thallum adaequante ac disco etiam nigro plano nudoque exornata. Perithecium e duplice zona constitutum; in superiore hyalina, hydrate kalico et iodo non tincta, in margine 20, lateraliter 50 ac subtus 30—40 μ crassa, hyphae intricatae, cylindrico articulatae, ramosae, arcte coalitae ac marginem versus flabellatae; in inferiore materia sordide flavescente et hydrate kalico aurantiaca evadente tecta, 120—140 μ crassa, hyphae 6 μ crassae, passim torulosae, verticales et ramosae ac inter ramos meatus sat magnos praebentes; sub hoc hyphae medullares et nulla gonidia. Paraphyses violaceae, hydrate kalico laetius tinctae, apice nigrae ac rotundatae, 140—160 μ in centro altae, 8—12 μ crassae parum cohaerentes, articulatae articulis 8—12 μ longis, apicem versus passim 4—6 μ metientibus, dissepimentis parum crassis et lumine 2 μ lato, hinc inde furcatae atque iodo caeruleae. Sporae octonae, hyalinae, simplices, distichae, 9—14 μ longae et 6—8 μ latae; apud Nyl. loc. citat., 12—15 μ longae et 7—8 μ latae.

Les paraphyses de cette espèce ont une épaisseur, surtout chez un *Aspicilia*, tout à fait extraordinaire; j'en ai rencontré tout récemment de semblables, avec la même coloration de l'hyménium, dans le *Lecanora* (Eulecanora) *miranda* récolté par M. Gain dans les régions Antarctiques (voir Hue Lichens in Seconde expédit. antarct. Dr. Charcot, n. 54). Flotow avait bien compris la nature des apothécies de ce Lichen, car il le plaça dans la section *Urceolatae* de son genre *Zeora*, laquelle section dans ses Lich. Flor. Silesiae, in Jahresb. schles. Gesellsch. Naturk., 1849, p. 53, comprend les *Zeora cinerea*, *gibbosa* et *calcaria*. Nylander l'avait seulement soupçonnée, car tout en attribuant cette espèce au genre *Lecanora*, il a écrit: «Margine proprio tenui obsoleto (lecanorino nullo) cincta» apothecia.

Elle appartient à la section I *Euaspicilia* que j'ai indiquée dans mes Lichens antarctiques cités plus haut, n. 116 et elle doit prendre place

après l'*Aspicilia entypta* (Krempelh.) Hue Lich. morpholog. et anatom. disposit., n. 656, in Nouv. Arch. Mus., 5e sér., t. I, 1910, p. 76.

20. **Aspicilia** (sect. Blastenaspicilia) **Claudeliana** Harm. in litt.; sp. nov.

Thallus obscure coffeatus, opacus, reagentibus solitis immutatus et rimoso areolatus; areolae aliae parvulae, 0,3—1 mill. latae, tenues, contiguae aut rimis angustis separatae, aliae 2—3 mill. latae, crassiores, 0,3—0,5 mill. crassitudine metientes, saepe angulato sphaericae, rimis magnis separatae, in superficie cunctae rugulosae ac crustam indeterminatam, late expansam et in superficie paulum inaequatam efficientes; intus albidae et subtus late obscure castaneae. Cortex superior solus exstans, hyalinus, superne nigrescenti brunneus et 10—12, raro 20 μ crassus; ejus hyphae fastigiatae, 4—5 μ crassae, capitatae capite 5—6 μ crasso, pariete incrassato, rarissime simplices, vulgo frequenter ramosae, articulatae articulis sphaeroideis, plerumque arcte coalitae, rarius (in partibus crassioribus) parvos meatus praebentes et strato 8—12 μ lato, inaequato aut amorpho aut cellulas vacuas praebente tectae. Gonidia viridia, cystococcoidea, 8—16 raro 22 μ lata, membrana parum crassa, stratum 40—90 μ crassum, parum densum (interdum singula singulis hyphis circumdata) sub cortice formantia ac in areolarum latere usque ad fere imam medullam descendentia. Hyphae medullares corpusculis griseis parum nubilatae, 4—5 μ crassae, verticales, valde ramosae et inter ramos parvos meatus saepe offerentes ac sphaerico vel saepius sphaeroideo articulatae. Apothecia nigra, raro in areolis solitaria, saepius plura in eis nata, in thallo immersa, ejus superficiem primum aequantia et deinde paululum superantia, rotunda atque disco plano, rarius concavo nudoque exornata. Perithecium in margine 40 μ crassum et nigrum, lateraliter pro parte incoloratum 20 μ ac subtus 40—60 μ metiens atque ibi rufescenti castaneus; ejus hyphae inferne verticales indistinctae ac lateraliter distinctae. Paraphyses hyalinae, nigro clavatae clava 5—6 μ crassa, 90—100 μ altae, 3—4 μ crassae, articulatae articulis 6—8 μ longis, lumine 1—1,5 μ lato et septis tenuibus, raro breviter connexo ramosae atque iodo caeruleae. Thecae nunquam membrana sursum incrassatae et semper in basi breviter caudatae, primum cylindricae et sporas uniseriatas continentes, 70 μ longae et 20 μ latae, demum apicem versus clavatae et sporas in duplice serie ordinatas superne habentes ac 68—72 μ longae et 24 μ latae; sporae octonae, hyalinae, simplices sed polocoelae, plerumque rectae, interdum paulum curvatae, apicibus rotundatae, integumento tenui vestitae, raro in medio paululum constrictae, primum omnino protoplasmate repletae, 7—8 μ longae ac 2,5—3 μ latae, dein massa sporali incremento tegumenti transverso et 2—3 μ lato divisa, cavernulis rotundatis, rarius truncatis, interdum una crassiore, 10,75—13,75 μ longae ac 3,75—5 μ latae. Spermogonia non visa.

Ces spores sont dignes d'attention par le peu d'épaisseur de l'accroissement de la paroi de leur tunique entre les deux cavernes. La

masse sporale est continue dans les jeunes spores que l'on trouve ou dans les thèques cylindriques ou mêlées à celles des thèques terminées en massue. L'épaississement est d'abord très peu sensible, car il produit seulement un petit échangrement latéral dans le milieu de la longueur de la spore; il augmente progressiment et bientôt la masse protoplasmique se divise en deux parties d'abord très rapprochées l'une de l'autre, puis séparées par une épaisseur de 3 μ. Le travail de l'épaississement de la paroi s'est opéré non seulement en allant vers le centre de la spore, mais encore en montant un peu de chaque côté du point médian et c'est ainsi que les cavernes dans les spores complètement évoluées prennent la forme sphérique. On voit que même dans les spores à grandes cavernes il n'y a pas de vraie cloison, mais simplement un épaississement du tégument formé de couches emboitées les unes dans les autres et arrivant à sa toucher dans le centre (il n'y a pas de tube axile apparent) sans pouvoir se confondre.

Cette espèce rentre dans la section II *Blastenaspicilia* que j'ai indiquée dans mes Lichens de la Seconde expédition antarctique du Dr Charcot, n. 116.

Legit (et mecum communicavit) cl. et amicus Harmand supra rupes araneaceas in loco La Moulure gallice dicto, prope Tendon (Vosges), die 24 septembris 1913.

21. **Polyblastiopsis haematochroa** Hue; sp. nov.

Thallus hypophleodes, parum evolutus, materia cruentata maculatus et superficie ob corticis arboris rugas inaequatus. Verrucae crassae, 0,6—1 mill. latae, elevatae, apice truncatae, thallo ac materia cruentata obtectae, superne nigrae atque ostiolo parvo munitae. Hyphae albidae, 4 μ crassae, intricatae, breviter articulatae, pariete tenui, et stratum nunc angustum nunc crassius et corticis arboris fragmentis semper obtectum formantes. Gonidia chroolepoidea, 8—20 μ lata, rotunda, aut solitaria, aut breviter concatenata. In strato crassiore, 40—50 μ metiente, vel in summo thallo sito, vel verrucas extrinsecus vestiente, hyphae laxissime intricatae, ramosae ramis anastomosantibus et rete maculis sat magnis praebentes ac longe articulatae; inter ea gonidia rara aut plerumque deficientia. Perithecium carbonaceum, hydrate kalico solutionem purpuream emittens, integrum, in basi 20—30, lateraliter 30 et sursum 120—140 μ crassum; in basi et in parte supera hyphae tenues, intricatae et stratum 30—60 μ crassum efficientes; nucleus hyalinus. Paraphyses hyalinae, graciles, 2—3 μ crassae, lumine 1 μ lato, liberae, sed frequenter connexo ramosae, longe articulatae, dessepimentis tenuissimis, atque iodo non tinctae. Theca massam protoplasmatis non divisam continens, 104 μ longa, computata cauda 60 μ longa et 20 μ lata; thecae sporis evolutis repletae, 220—240 μ longae, computata cauda 20 μ longa, et 50—60 μ lata; sporae octonae, hyalinae, parenchymaticae, cubico locellatae locellis in seriebus 32—36 vel minus numerosis transversim dispositis, distichae et longe

imbricatae, apice supero rotundatae et infero tegumento 4—5 μ lato circumdatae, magnitudine variantes, aliae 80—90 longae et 18—22 latae, aliae 124—126 μ longae et 25—26 μ latae, rarius 140 μ longae ac 38—40 μ latae. In quadam theca octo sporae longitudine metiebant 100, 106, 108, 110, 112 (bis) et 120 (bis).

L'attention doit être attirée dans cette espèce sur le nombre et la longueur de ses spores. En effet dans ce genre créé per Mr le Dr Zahlbruckner (*Ascolichenes*, 1903, p. 65, apud Engl. und Prantl, Natürl. Pflanzenfamil.); ce sont seulement les spores des espèces dont les thèques sont monosporées ou bisporées qui atteignent cette taille.

Récolté par Mr Le Testu sur l'écorce d'un *Pseudospondias gigantea* A. Cheval., à Tschibanga (Congo), le 21 septembre 1910, in herb. Mus. parisiens.

## Sydow, Mycotheca germanica Fasc. XXV—XXVI (No. 1201—1300).

Die beiden Faszikel erschienen im November 1914. An der Bestimmung der darin angegebenen Sphaeropsideen und Melanconiaceen hat sich Herr H. Diedicke in freundlicher Weise beteiligt. Die Faszikel enthalten:

1201. Omphalia pyxidata Bull.
1202. Crepidotus chimonophilus Berk. et Br.
1203. Panus stipticus (Bull.) Fr.
1204. Merulius tremellosus Schrad.
1205. Aleurodiscus polygonius (Pers.) H. et L.
1206. Hypochnus Solani Prill. et Delacr.
1207. Exobasidium graminicolum Bres.
1208. — Vaccinii (Fuck.) Wor.
1209. Uromyces Onobrychidis (Desm.) Lév.
1210. Puccinia argentata (Schultz) Wint.
1211. — Cichorii (DC.) Bell.
1212. — Cnici-oleracei Pers.
1213. — Echinopis DC.
1214. — Fergussoni Berk. et Br.
1215. — Leontodontis Jacky.
1216. — Rübsaameni P. Magn.
1217. — simplex (Koern.) Erikss. et Henn.
1218. Pucciniastrum Pirolae (Karst.) Schroet.
1219. Melampsora Euphorbiae (Schub.) Cast.
1220/21. Coleosporium Senecionis Fr.
1222. Ustilago anomala Kze.
1223. Entyloma serotinum Schroet.
1224. Peronospora candida Fuck.
1225. — destructor (Berk.) Casp.
1226. — violacea Berk.
1227. Plasmopara viticola (Berk. et Curt.) Berl. et De Toni
1228. Cystopus Tragopogonis (Pers.) Schroet.
1229. Physoderma Hippuridis Rostr.
1230. Entomophthora Tipulae Fres.
1231. Mycosphaerella Cruciferarum (Fr.) Lindau.
1232. — hedericola (Desm.) v. Hoehn.
1233. — lycopodina (Karst.) Schroet.
1234. — punctiformis (Pers.) Schroet.
1235. Leptosphaeria conferta Niessl.
1236. — modesta Auersw.
1237. — Typharum (Desm.) Karst.
1238. Mamiania fimbriata (Pers.) Ces. et De Not.
1239. Rosellinia pulveracea (Ehrh.) Fuck.
1240. Melanospora chionea (Fr.) Corda.
1241. Gibberella moricola (Ces. et De Not.) Sacc.
1242. Mollisia benesuada (Tul.) Phill.
1243. — cinerea (Batsch) Karst.
1244. Lachnum controversum (Cke.) Rehm.
1245. Pyrenopeziza Plantaginis Fuck.

1246. Naevia minutissima (Auersw.) Rehm.
1247. Fabraea Ranunculi (Fr.) Karst.
1248. Phacidium repandum (Alb. et Schw.) Fr.
1249. Coccomyces dentatus (Kze. et Schm.) Sacc.
1250. Pyronema omphalodes (Bull.) Fuck.
1251. Stamnaria Equiseti (Hoffm.) Rehm.
1252. Rhytisma Andromedae (Pers.) Fr.
1253. Phyllosticta Aloidis Oud.
1254. — hedericola Dur. et Mont.
1255. — infuscata Wint.
1256. Phoma phaseolina Pass.
1257. Sphaeronaema minimum Died. n. sp.
1258. Ascochyta indusiata Bres.
1259. Stagonospora Fragariae Br. et Har.
1260. Septoria caricicola Sacc.
1261. — Cirsii Niessl.
1262. — corcontica Kab. et Bubák.
1263. — Drummondii Ell. et Ev.
1264. — Ebuli Desm. et Rob.
1265. — Meliloti (Lasch) Sacc.
1266. — Scleranthi Desm.
1267. — Scorodoniae Pass.
1268. — Stachydis Rob. et Desm.
1269. Leptostromella aquilina C. Mass.
1270. Gloeosporium acericolum Allesch.
1271. — Robergei Desm.
1272. Gloeosporium Salicis West.
1273. Melanconium juglandinum Kze.
1274. — Pini Corda.
1275. Septogloeum acerinum (Pass.)
1276. Cylindrosporium Equiseti (Desm.) Died.
1277. — Heraclei (Lib.) v. Hoehn.
1278. — Matricariae Died. n. sp.
1279. — Pseudoplatani (Rob. et Desm.) Died.
1280. Entomosporium maculatum Lév. var. domesticum Sacc.
1281/82. Oidium Ruborum Rabh.
1283. Ovularia decipiens Sacc.
1284. — haplospora (Speg.) P. Magn.
1285. — Villiana P. Magn.
1286. Ramularia acris Lindr.
1287. — aequivoca (Ces.) Sacc.
1288. — conspicua Syd.
1289. — exilis Syd.
1290. — Gei (Eliass.) Lindr.
1291. — Lampsanae (Desm.) Sacc.
1292. — Succisae Sacc.
1293. — Ulmariae Cke.
1294. Gyroceras Plantaginis (Corda) Sacc.
1295/96. Cladosporium Milii Syd. n. sp.
1297. Dendryphiella interseminata (Berk. et Rav.) Bub. et Ran.
1298. Dendryphium nitidum Karst.
1299. Mystrosporium piriforme Desm. var. multiseptatum Syd.
1300. Toxosporium camptospermum (Peck) Maubl.

1206. **Hypochnus Solani** Prill. et Delacr.

Die brandenburgischen Exemplare entsprechen vollkommen der ursprünglich aus Ecuador beschriebenen Art. Der Pilz wird jedoch besser zu *Corticium* zu stellen sein.

1215. **Puccinia Leontodontis** Jacky — fa. **Thrinciae.**

Die lothringischen Exemplare enthalten trotz der späten Sammelzeit anscheinend nur die Uredoform. Teleutosporen auf dieser Nährpflanze werden nur sehr selten ausgebildet.

1220/21. **Coleosporium Senecionis** Fr. — I. II. III.

Die Zugehörigkeit des ausgegebenen Peridermiums zu dem am gleichen Standort vorkommenden Coleosporium wurde kulturell festgestellt.

1230. **Entomophthora Tipulae** Fres.

Die auf der Syrphide *Syritta pipiens* ausgegebenen Exemplare wurden schon von P. Magnus (in litt. ad Diedicke) als obige Art bezeichnet. In der Tat scheinen die Exemplare auch der genannten Art anzugehören. Viele Sporen sind bereits ausgeschleudert und haften den kleinen Papierdüten an.

1243. **Mollisia cinerea** (Batsch) Karst.

Die ausgegebenen Exemplare gehören nach freundlicher Mitteilung Rehm's zur Reihe der *M. cinerea*. Durch das Wachstum an sehr feucht liegendem Holz ist eine luxuriöse Entwicklung der Paraphysen eingetreten, zum Teil auf Kosten der Schläuche und Sporen. Die Apothezien, in frischem Zustande lebhaft gelb und bis 2 mm groß, machen den Eindruck von *Lecanora pallida* (Schreb.).

1255. **Phyllosticta infuscata** Wint.

Fruchtgehäuse pseudopyknidial, oben rußfarbig, ca. 120 µ im Durchmesser. Sporen etwas bräunlich, mit 2 kleinen Öltröpfchen, 3,5—5 ⩒ 2—2,5 µ. Wahrscheinlich stellen die ausgegebenen Exemplare die Winter'sche Art dar.

1257. **Sphaeronaema minimum** Died. n. sp.

Gehäuse herdenweise die Rinde in schwarzen, ausgedehnten Flecken bedeckend, oberflächlich, halbkuglig, dünnwandig, von parenchymatischem, schwarzbraunem, später kohligem Gewebe, 50—60 µ im Durchmesser, mit ebenso langem, am Grunde 15 µ breitem, geradem Schnabel. Sporen klein, würstchenförmig, 3—4 ⩒ 1,5 µ; Sporenträger pfriemenförmig, 10 ⩒ 1—1,5 µ.

Auf der Innenseite abgestorbener Rinde von Pinus silvestris.

Sophienstädt, Nieder-Barnim, leg. P. Sydow, Mai 1914.

Von *S. rostratum* Fuck. durch die oberflächlichen Gehäuse und durch die Form der Sporen unterschieden; durch letztere auch von *S. piliferum* Sacc.

1262. **Septoria corcontica** Kabát et Bubák.

Flecken zunächst scharf begrenzt, rundlich länglich, später unbestimmt und sich über das ganze Blatt verbreitend, erst ockerfarbig und dunkler umsäumt, später gleichmäßig braun. Fruchtgehäuse oberseits, zerstreut, oben rußfarbig und ziemlich verdickt, mit weiter, undeutlicher Mündung, 50—65 µ im Durchmesser, öfter etwas verlängert. Sporen auf kurzen, stabförmigen Sporenträgern, bisweilen büschelig sitzend, fadenförmig, etwas gebogen oder gewunden, 25—42 ⩒ 0,7—1,2 µ.

Auf Blättern von Potentilla Tormentilla, Steffenhagen in der Priegnitz, leg. H. Sydow, Juli 1913.

Die Art war bisher nur aus dem Riesengebirge bekannt. Die ausgegebenen, oben charakterisierten Exemplare wurden mit dem Original verglichen und identisch befunden.

1278. **Cylindrosporium Matricariae** Died. n. sp.

Sporenlager auf der Unterseite der gebräunten Blätter ziemlich dicht stehend, sehr klein, nur 40—50 μ breit, in den Epidermiszellen gebildet, von deren dünner Außenwand (oder der Kutikula?) zunächst ganz, später seitlich bedeckt, hervorbrechend. Sporen zylindrisch, nach den Enden zu nur wenig verschmälert, an denselben stumpf, gerade, mit einer Querwand, 18—25 (meist 20) ⩻ 1,5—2 μ.

Auf trocken werdenden Blättern von Matricaria Chamomilla; Altweiler bei St. Avold, leg. A. Ludwig, Mai 1913.

Der schwer aufzufindende Pilz befällt besonders die unteren Blätter der Nährpflanze und bringt dieselben zum Absterben.

1295/96. **Cladosporium Milii** Syd. nov. spec.

Caespitulis amphigenis, maculis elongatis striiformibus 1 vel plura cm longis et 1 mm circiter latis pallidis vel albicantibus insidentibus, sparsis, solitariis, non confluentibus, minutis, punctiformibus, atris; hyphis dense stipatis, erectis, continuis vel 1-septatis, 45—65 μ longis, 7—8 μ latis, apice obtusis, rectis vel parum incurvis, non torulosis, fumoso-fuscidulis; conidiis primitus ellipsoideis et continuis, mox oblongis vel cylindraceis, bicellularibus, fuscidulis, utrinque obtusis, 25—38 ⩻ 6—8 μ.

Hab. in foliis vivis vel subemortuis Milii effusi in Lotharingia (Ludwig) et Borussia (H. Sydow).

Der Pilz dürfte von *Cladosporium graminum* Corda zu unterscheiden sein. Er befällt bereits die lebenden Blätter, an denen er lange, meist weißliche, streifenartige Flecke hervorruft. Die winzigen Rasen des Pilzes stehen völlig isoliert. Die Konidien sind gestreckter und meist beträchtlich größer als bei *Cl. graminum*.

Die aus Lothringen und Ostpreußen ausgegebenen Exemplare stimmen vollständig überein. Vielleicht kommt diese Form nur auf Milium vor.

1298. **Dendryphium nitidum** Karst.

Stimmt durch die großen, bis 16-zelligen Konidien mit helleren Endzellen gut zur genannten Art bis auf die Worte Karsten's „caespituli nitidi". Die Rasen unseres Pilzes sind durchweg opak.

1300. **Toxosporium camptospermum** (Peck) Maubl.

Über die Synonymie des Pilzes cfr. Maublanc in Bull. Soc. Myc. France XXIII, 1907, p. 173. Der Pilz, der nach Diedicke in litt. den Tuberculariaceen zuzuweisen ist, gehört wahrscheinlich als Konidienform zu *Cryptopus nudus* (Peck) Theiss. in Annal. Myc. XII, 1914, p. 72, tab. VI, fig. 3.

# Fungi nonnulli exotici ex Museo Berolinensi.

Recensuit Ab. J. Bresadola.

### Lepiota Fr.

**Lepiota Badhami** (Berk. et Br.) Quél. Champ. Jur. I, p. 230.

Hab. ad terram, Kamerun, Ledermann, no. 3320, 4041, 4972.

### Omphalia Fr.

**Omphalia pyxidata** (Bull.) Quél. Champ. Jur. I, p. 100. *Agaricus* Bull. tab. 568, f. 2.

Hab. in herbidis, Kamerun, Ledermann, no. 4926.

Obs. Sporae hyalinae, ut plurimum guttatae, 6—8 ⩽ 4—6 μ; basidia clav. 24—26 ⩽ 5—6 μ; a typo europeo differt modo habitu magis caespitoso et stipite generatim curto; ceterae notae identicae.

### Hygrophorus Fr.

**Hygrophorus Karstenii** Sacc. et Cub. Syll. V, p. 401. *Hygrophorus bicolor* Karst. Icon. Fenn. p. 7 fig. 13!

Hab. ad radices graminum, Kamerun, C. Ledermann, no. 3295.

Obs. Sporae 9—10 ⩽ 6 μ; basidia 30 ⩽ 7—8 μ; a typo europeo differt statura minore.

### Cantharellus Fr.

**Cantharellus flabellatus** Berk. Chall. III, p. 50? —

Hab. ad terram, Japonia, Tokyo, Sakurai, no. 66.

Obs. Specimina videntur *flabellata*, sed forsan fuerunt longitudinaliter secta, quod e nimia compressione eruere non licet. *Cantharello infundibuliformi* certe affinis et forte ejus forma; spora aliquantulum major, sc. 12—16 ⩽ 7—9 μ.

### Craterellus Fr.

**Craterellus cornucopioides** (L.) Pers. Myc. Eur. II, p. 5. *Peziza* Linn. Spec. II, p. 150.

Hab. ad terram, Kamerun, Station Molundu am Dscha, Januario 1911, Dr. Mildbraed, no. 4216.

Obs. Sporae subfumosae, 10—13 ⩽ 6—8; basidia clavata 60—70 ⩽ 7—9; hyphae subhymeniales 3—10 μ crassae. A typo europeo differt sporis paullulum obscuratis.

### Marasmius Fr.

**Marasmius caulicinalis** (Bull.) Quél. Flor. Myc. fr. p. 365. *Agaricus* Bull. tab. 522 f. 2. *Agaricus (Collybia) stipitaria* Fr. Syst. Myc. I, p. 138, non *Marasmius cauticinalis* Fr.

Hab. ad caules herbarum, Kamerun, C. Ledermann, no. 5084.

Obs. Sporae oblongo-obovatae, 8—9 ⩽ 4½—6 μ; basidia clavata 28—30 ⩽ 5—7 μ; cystidia cuspidata, basi ventricosa, 32—35 ⩽ 7—9 μ. A typo europeo nulla nota diversa.

### Lentinus Fr.

**Lentinus Berteri** Fr. El. I, p. 46. *Agaricus Berteri* Fr. Syst. Myc. I p. 175 (1821). *Lentinus nigripes* Fr. in Kl. Linn. 1833, p. 479!

Hab. ad terram, generatim ad radices vel frustula lignea terrae infossa, Kamerun, C. Ledermann, no. 3805.

**Lentinus Sajor-Caju** Fr. Epicr. p. 393.

Hab. ad ligna putrida, Kamerun, C. Ledermann, no. 4700.

**Lentinus coadunatus** Hook. fil. in Berk. Dec. no. 323.

Hab. ad truncos, Kamerun, C. Ledermann, no. 3957.

### Schizophyllum Fr.

**Schizophyllum commune** Fr. f. *multifidum* Batsch. *Schizophyllum flabellare* Fr. Afz. Guin. tab. X. f. 25.

Hab. ad truncos, Amani, Dr. Braun, no. 3520.

Obs. Forma *multifida* est forma magis communis hujus speciei in tropicis, sed a typo non specifice distincta.

### Lenzites Fr.

**Lenzites applanata** (Kl.) Fr. Epicr. p. 404.

Hab. ad truncos, Kamerun, Station Molundu am Dscha — Dr. J. Mildbraed, no. 4106. — Uschirombo et Nordost-Urundi, H. Mayer, no. 1075, 1140.

**Lenzites Palisoti** Fr. var. **polita** Fr. ut species.

Hab. ad truncos, D. Neu Guinea, L. Schulze, absque no.

### Psathyrella Fr.

**Psathyrella disseminata** (Pers.) Quél. Champ. Jur. I, p. 153.

Hab. ad caules herbarum majorum. D. Neu Guinea, Schulze.

**Psathyrella consimilis** Bres. et P. Henn. Berl. Hym. p. 178.

Hab. ad caules herbarum maj. D. Neu Guinea, Schulze.

Obs. A *Psathyrella disseminata*, cui habitu similis, differt pileo crassiori et sporis aliquantulum minoribus.

### Polyporus Mich.

**Polyporus agariceus** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 371!

Hab. ad truncos Pruni Mume, Japonia, Tokyo, Sakurai, no. 36.

Obs. Specimina hic exibita formam sistunt minorem, fere infundibuliformem, poris prorsus favoloideis.

**Polyporus canescens** Bres. n. sp.

Subimbricatus; pileis convexo-applanatis, sessilibus, laxe sulcato-zonatis, tomentosis, canis, 2—6 cm. latis, 2—3½ cm. longis, substantia candida, suberoso-membranacea; poris minimis, 8—10 pro mm. e pallido griseolis; tubulis concoloribus, 1—2 mm. longis; sporis non inventis;

hyphis contextus hymenii et pilei crassis, fistulosis, septatis ad septa interdum nodosis, 2—6 μ diam.

Hab. ad truncos, D. Neu Guinea, Schulze, no. 56 c.

Obs. E grege *Polypori verecundi* Berk. et C., sed tenuior, carne magis compacta, ex hyphis minus fragilibus et strictioribus conflata.

**Polystictus** Fr.

**Polystictus sacer** Fr. Nov. Symb. p. 72. *Polyporus scleropodius* Lév. Champ. Mus. p. 123! *Polyporus Goetzei* P. Henn in Engl. Bot. Jahrb. 1901, p. 225. (hymenio valde evoluto.)

Hab. ad terram, Kamerun, Station Molundu, Dec. 1910, Dr. J. Mildbraed, no. 4104 (vetustus), 4105 (juvenilis).

Obs. Species pulchra, pileo et stipite, praecipue apice, e velutinis glabrescentibus; poris mediis, demum in bene evolutis magnis, 1 mm. vel 2 ⩽ 1 mm., primitus regularibus, pentagonis, dein variantibus, interdum oblongis et sinuatis, acie quoque lacera. Sporis hyalinis, oblongis, 7—10 ⩽ 3—3½ μ; hyphis hymenii 2—4, pilei 2—5 μ, in cortice coloratis et septato-nodosis.

**Polystictus incomptus** Fr. Nov. Sym. p. 73. *Polystictus Holstii* P. Henn. Pilze Ostafr. p. 57! *Polystictus pseudo-perennis* Lloyd, Synopsis of Microporus p. 53!

Hab. ad ramos, Usambara, Liebusch, no. 273.

Obs. Sporae hyalinae, cylindraceae, 5—6 ⩽ 1½—2 μ; basidia clavata, 15—18 ⩽ 4 μ; hyphae subhymeniales 2—3 μ. Stipes primitus plus minusve villosus, demum glabrescens, niger, nitidus et in hoc stadio recepit Fries, qui proinde stipite glabro eum descripsit.

**Polystictus squamaeformis** (Berk.) Cooke, Grev. XIV, p. 79.

Hab. ad truncos, Japonia, Prov. Sagami, Sakurai, no. 68.

**Polystictus meleagris** Berk. Chall. n. 157!

Hab. ad truncos, D. Neu Guinea, L. Schulze.

**Polystictus hypothejus** (Kalchbr.) Cooke Grev. XIV, p. 83.

Hab. ad truncos, D. Neu Guinea, L. Schulze.

**Polystictus Meyenii** Kl. Fung. Meyen. p. 236.

Hab. ad truncos, Kamerun, Molundu am Dscha (Ngoko), Dr. J. Mildbraed, no. 4107.

Obs. A typo differt contextu pilei laetius colorato, sc. viridi — luteo — hyphae contextus pilei 1½—6 raro — 7 μ — hymenii 1½—4½ μ; sporae (?) oblongae, 4—4½ ⩽ 2—2½ μ hyalinae.

**Polystictus occidentalis** (Kl.) Fr. Nov. Symb. p. 90.

Hab ad truncos, Amani, Dr. Braun, no. 3512.

**Polystictus sanguineus** (L.) Fr. Nov. Symb. p. 75. *Boletus* Linn. Sp. Pl. II. 1646.

Hab. ad ramos, Ussambiro, H. Meyer, no. 1128.

Obs. Sporae hyalinae, cylindraceae 4½—5½ ⩽ 2—2½ μ; basidia clavata, 12—15 ⩽ 3—4 μ; hyphae subhymeniales 1—2 raro 3 μ; hyphae pilei saepe irregulares et tenuiter tunicatae 1½—6 μ.

**Polystictus funalis** Fr. Nov. Symb. p. 78. *Polyporus* Epicr. p. 459. *Polyporus satpoorensis* Beck. Itin. princ. Col. p. 146, tab. 16, f. 11!

Hab. ad ramos, Kamerun australis, Station Molundu am Dscha (Ngoko) — Dr. J. Mildbraed, no. 4103. — Urundi, Nord-Uha, H. Meyer, no. 1071.

**Trametes** Fr.

**Trametes tosta** (Berk.) Bres. *Polyporus tostus* Berk. in Hook. Journ. 1844, p. 189! *Polyporus aruensis* Berk. Linn. Journ. XVI p. 43!

